



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Stimvlvs Compvnctionis, Et Soliloqvia

Juan <de Jesús Maria>

Coloniae, 1611


urn:nbn:de:hbz:466:1-45624




Th
2606

VI
33

Th. 2606.
I
33.





STIMVLVS
COMPVNCTIONIS,
ET SOLILOQVIA.

VERBIS SACRAE
Scripturae inter-
textae:

PER R. P. F. IOANNEM A IE-
su Maria Carmelitam Discalcea-
tum Calaguritanum.

Bib. Coll. Soc. S. Pat. Paderb. n. 167
Opus nunc primum in Germa-
nia editum.



COLONIAE,
Apud Antonium Boëtzerum.

Anno M. D. CXI.

Ein Coll. aus dem Jahre 1711

I
fr
V
li
C
b
P
C
r
n
V
M
d

3
FR. Ferdinandus à S. Maria Vicarius
Generalis Congregationis S. Eliæ
fratrum Discalceatorum Ordinis B.
Virginis Mariæ de Monte Carmelo
libellum hunc inscriptum. Stimulus
Compunctiōnis & Soliloquia è Ver-
bis Sacræ scripturæ intertexta. Per R.
P. F. Ioannem à Iesu Maria præfatæ
Congregationis Procuratorem gene-
ralem compositum probo, vt typis
mandetur si placuerit Reuerendiss. D.
Vicesgerenti, & Reuerendiss. Patri
Magistro Sacri Palatij. Datum Romæ
die 10. Nouembris 1608.

*Ferdinandus à S. Maria
Vicarius Generalis.*

*Imprimatur, Si videbitur R. P. M. Sacri
Palatij Apost.*

Cæsar Fidelis Vicesg.

A z Ego

EGo Horatius Passardus è Societa-
te Iesu, Theologus, ex commissio-
ne R. P. Magistri Sacri Palatij F. Ludo-
uici Ystella, legi libellum hunc in-
scriptum Stimulus Compunctionis,
& Soliloquia per R. P. F. Ioannem à
Iesu Maria scriptum, quem reperi pi-
js, ac deuotis meditationibus ple-
num, atque ideò illum typis dignum
censeo, &c.

Imprimatur.

Frat. Thomas Pallauicinus
Magister, & Socius Reue-
rendissimi P. Fr. Lodouici
Ystella Sacri Palatij Apo-
stolici Magistri.

Regi

5
Regi cordium Pacifico

IESV CHRI-

STO, INDIGNISSI.

MVS EIVS

feruus.



Ebetur tibi, Rex Si-
on, sermo tuus vi-
uus, & efficax, pene-
trabilior omni gla-
dio ancipiti, pertin-
gens vsque ad diui-
sionem animæ & spiritus, compa-
gum quoque ac medullarum. De-
bentur etiam tibi, O Sapiencia, in-
spiraciones tuæ, & secreta verba,
quæ loqueris ad eam Ierusalem Spõ-
sæ tuæ. Propter quod, dico tibi, dul-
cissime Deus cordis mei, scriptum
hoc, in quo posui expressos in scri-
ptura sacra sermones tuos, & secre-
ta verba, quæ instillas cordibus fili-
orum Adæ, cum ardentissimis desi-

A 3

derijs

derijs æternæ salutis suæ. Utinam,
ô lux beatissima, quæ illuminas
omnem hominem venientem in
hunc mundum, medio scripto hoc,
fortissima veritas tua emolliat fer-
rea pectora peccatorum, & acutæ
lagittæ verborum tuorum cadant
in corda inimicorum Regis! non
certè vt pereant, sed ne ampliùs sint
inimici tui. Placeat, oro te fidelissi-
me custos hominum, qualiscum-
que labor hic meus, quem direxi
ad conuertendos peccatores in re-
quiem suam, te scilicet Deum, Re-
demptorem, & vnicum remedium
suum. Et quia inter omnes illos,
qui offenderunt te, primus sum e-
go; per viscera misericordiæ tuæ,
in quibus visitasti nos, precor te,
infigas mihi stimulum compuncti-
onis, qua liquecant viscera mea,
& resoluantur in lachrymas inter-
pretes cordis mei. Accipe summe
Rex

Rex pacifice, oblationem meam,
 non vt antiquas hostias taurorum
 & hircorum, sed vt opus quod
 spectat ad nouam, & immacula-
 tam legem æterni testamenti tui:
 vt qui legerint scriptum hoc, rup-
 tis vinculis peccatorum, respirent
 ad auram gratiæ tuæ, & conuertan-
 tur ad requirendam toto cor-
 de suauissimam ami-
 citiam tu-
 am.



▲ 4

PRAE-

P R A E F A T I O.



ACCIPE, Christiane lector, Stimulum compunctionis, qui utinam digito Dei, qui est eius Sp. ritus, infigatur visceribus tuis.

Lege scriptum hoc lentè & accommoda verbis sacris, quibus abundat, aurem cordis, per quam illabatur Dei veritas in animam tuam. Elige tempus & locum remotum à strepitu negotiorum mundi, ut inspirationes Dei, quasi vocem aure lenis in silentio percipias. Si verdè senseris te commoueri mollitis sermonibus; quiesce, & fove calorem illum, posteaque lectionem resume. Copus laboris nostri est cum Dei gratia conuertere peccatores ad poenitentiam, propositis rationibus, quibus, quasi stimulis, compungitur. Atque idèd liber (Stimulus compunctionis) inscribitur. Cui subiecta sunt Soliloquia: quæ sunt quæ sunt ignita compuncti cordis exercitia. Tempus breue est: ex quo, si prudens esse velis, compunctionis studio vacare debes, ad abluendas culpas præteris-

teritas, & salutem eternam acquiren-
 dam. Non te seducat vanitas mundi, qua
 fugit velut umbra, ut nimis curiosa, &
 subtilia legas, & eloquia Dei simplicia,
 castaque relinquant. Sanius quippe consi-
 lium est, Dei sapientiam humilibus ver-
 bis absconditam, discere; Dei que sensum
 assequi quam sine compunctionis sensu
 altius sapere, & à Iesu Christi schola, qua
 mansuetorum, & humilium est, aberrare.
 Certè intima compunctio cordis, ex
 genere illorum secretorum est, qua Altis-
 simus Deus abscondit à mundi sapienti-
 bus, & prudentibus; & reuelavit paru-
 lis. Propter quod, si proficere vis lectione
 hac, humilis esto in oculis tuis: & consilia
 Dei vel expressa in scripturis sacris, vel
 accepta per quotidianas inspirationes,
 qua in hoc libro continetur, amplectere.
 Utinam muteris in virum alterum, &
 transfixus iaculis sermonum Dei, ex in-
 timis medullis cōuertaris ad Iesum Chri-
 stum Unigenitum Dei Filium, & dulcissi-
 mum Redemptorem tuum. Vale.

STIMVLVS COM-
PVNCTIONIS.

*De sensu Iesu Christi dolentis super
auerfione peccatoris.*

CAP. I.



GO vnigenitus Dei fili-
us, Dei virtus, & sapien-
tia clamito in plateis, &
in medio populi exalto
vocem meam: enutriui e-
nim, & exaltaui filios
hominum, ipsi verò spreuerunt me. Scri-
psi in visceribus tuis, ô homo, dulcissimã
legem noui testamenti mei, & in medio
cordis tui plantaui eam: & tamen displi-
cuit tibi lex mea immaculata, conuertens
animas, & fidele testimonium æterni a-
moris mei. Lõgè recessisti à me cum præ-
uaricatore Adã patre tuo, & abscondisti
te à me clementissimo Deo & liberatore
tuo, cū ambularē ad aurã, post meridiem.
Quid est hoc, fili aliene? Quò fugis à facie
mitissimi Dei, & Redēptoris tui? Nunquid
ego crudelis Dominus sum, quia celeri-
ter fugis me, & quæris meliorem Domi-

am

num inuenire? Considera quid agas, & quam longè recedas à salute tua: gratis enim odio habes pretiosissimum remedium, & libertatē tuam. Facta est quasi vidua, infœlix anima tua, quæ posset, si tu diuinæ gratiæ cooperari velles, permanere in fide desponsationis suæ, & gaudere priuilegijs suauissimæ charitatis meæ. Et tamen abominata est me fidelissimum sponsum suum, & de spolijs eius inimici eius locupletati sunt. Quomodo obscuratum est aurum antiquæ dilectionis meæ, mutatus est bonæ conuersationis color optimus, dispersi sunt lapides templi & sanctuarij mei, in capite omnium platearum! Non placuit tibi habitatio Ierusalē ciuitatis meæ, quam dilexi: & annumeratus es inter ciues Babylonis, quam odiuit anima mea. Væ animæ recedenti à me! terrores enim mortis, militabunt aduersus illam, & dolores inferni inuenient eam. Irascentur ei catuli leonis rugientes vt rapiant, & quærant proiectam à Deo escam sibi. Ex quo enim, pro luce gratiæ meæ, posuisti tenebras peccati, & facta est nox tristissima offensionis meæ, omnes bestię syluæ infernalis pertransibunt, & apertis faucibus festinabunt ad deuorandam apostatricem animam tuam. Ergo

saltem amodò voca me, & dic: Deus meus, & dux meus es tu: iam non vltra fugiam te. Erraui, ô dulcissime Deus, sicut Cain profugus à facie tua: & seruiui dijs alienis in quibus non est salus, aut libertas mea. Ecce reuertor ad te, de seruitute nimis dura: requiro formosissimã lucem tuam de tenebris, & vmbra mortis quæ terruit me. Verè cognoui, per experienciã erroris mei, quia non est bonum aliquod extra te amabilissimi altissimi Dei filium, cui confecro viscera mea.

De suauitate Iesu Christi vocantis peccatorem ad pœnitentiam.

CAP. II.

VTinam placeret tibi, fili, pretiosior auro amicitia mea, & auribus cordis contriti, & humiliati audires subtilem vocem meam, qua saxa mouentur. Ego, quasi nutritius Ephraim gero curam tui, & cum duritia cordis tui lapidei pugnat magna, & fidelissima misericordia mea. Tu secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, resistis melle dulciori spiritui meo: & ego secundum diuitias bonitatis infinitæ, quero emollire viscera tua secretis, & innumerabilibus inspirationibus meis. Tu fugis me persequentem te,

non.

non odio, sed tuæ salutis desiderio: & ego tibi fugienti, quasi ex insidijs occurro, ut expansis brachijs amplectar te, & vincam feritatem tuam infinita mansuetudine mea. Propter quod, cœli & terra mirantur clementiam, & suauitatem creatoris sui tam sollicitè vigilantis super custodia ingratiissimi peccatoris, nolentis tollere suaue iugum meum super se. Usquequò durum cor tuum calcitrabit contra stimulum fortissimi amoris mei? Nunquid in æternum repugnabis inæstimabili charitati Dei tui? Ego potuissem damnare te, per iustitiam meam, quia impiè egisti & confregisti iugum meum, & dixisti, Non seruiam: & tamen sustinui te in multa patientia, & desiderio æternæ vitæ tuæ, si fortè conuertereris ad me, & reconciliareris Clementissimo Patri meo. Quid ergo moraris fili dilectissime? Cur differas de die in diem reuerti ad suauissimam pacem, & dilectionem meam? Sine, fili, sine, ut resoluaui glaciem tuam igne ardentissimo amoris mei, & reformem deformatam animam tuam ad exemplar vnigeniti filij Dei. O generatio Adæ, quam diu vos patiar! O rem mirabilem, & absconditam à mundi sapientibus, & prudentibus, qui obturauerunt aures suas, ne per-

ciperent ignitum eloquiū meū! Ego filius
 Altissimi sto ad ostium tuū, & pulso, cu-
 piens introire & implere bonis ineffabili-
 bus domum tuam: & tamen durum tibi
 videtur recipere hospitio Deum, Redem-
 ptorē, & amicum tuū. Certē si tu pulsares
 semel portam domus meæ, ad primum i-
 ctum, festinarem aperire tibi, sicut aperui
 David seruo meo suspiranti ad correpti-
 onem Nathan prophetæ mei. Placeat er-
 go tibi, fili dulcissime, consilium meum:
 & opportuna pœnitentia conuertere ad
 me Pacificum Regem tuum: & quasi ma-
 ter amantissima diligam, & amplectar te,
 nutriamque infantiam tuam dulcissimo
 lacte meo.

*De bonitate Dei, & facilitate parcen-
 di.*

CAP. III.

Quo fugis, fili charissime, qui grauites
 offendisti me? Nunquid solitudo
 sterilis factus sum tibi, quia dicis in corde
 tuo: Recessi, non reuertar vltra ad te? Nū-
 quid obliuiscetur Virgo fasciæ pectoralis
 suæ, aut sponsa ornamenti nuptialis sui?
 Quomodo ergo anima tua quam ego
 despondi mihi pretio sanguinis mei, de-
 reliquit me, & oblita est mei diebus inu-
 mēris?

in cruce

meris? Ego sum ipsa bonitas, quę sua dulcedine pascit omnes creaturas, qua nihil amabilius cogitari potest: & tamen incredibili dementia quęris bonum extra me. Considera, fili, bonitatem meam, qua petre molliuntur, & emollire: neque falsis prophetis credas, qui præter me, gaudia falsa diuinant. Certè si ego sum ipsa summa bonitas, necesse est, quicquid extra me quęris, bonum tibi non esse, quamuis omnia regna mundi, & omnia desiderabilia oculorum carnalium, solus possideres. Vulgò dicitur: Bonum est quod omnia appetunt: & tamen graui errore seduct^o traheris voluptate bonorū apparentium, verū autem æternū, & incōmutabile bonum nimis stultè relinquis. Vtinam saperes, & intelligeres, & nouissima prouideres! Ne sequaris deos alienos fili: certissimè .n. auertēt à vera sapiētia cor tuū, expectabis lucem & nō videbis, neq; ortū surgentis auroræ. Adhæreat casta lex mea visceribus tuis, & percipe sibilum secretæ eruditionis meæ, & catholicæ fidei, qua illuminavi te. Ecce tu credis, sincera fide, me esse infinitam bonitatem, pulchritudinē, scientiā, qua sola cor hominis satiari potest: quò ergo properas dum offendis me, nisi ad infinitam malitiam,

turpi-

turpitudinem, & stultitiam, qua foedabitur anima tua? Nonne sanias consilium est, adhærere mihi, & illuminari, atque satiari ab vberibus consolationis meæ, quàm inter vagos & profugos inimicos meos, neque de siliquis porcorum saturari? Conuertere, fili prodige, in requiem tuam, & ego reuertentem de regione longinqua amplectar te: dicamque seruis meis statim ac videro te: Citò proferte stolam primam, date anulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius. Cōmouebuntur quippe viscera mea, super dulcissimo Filio meo, quem genui: lætabor super conuersione tua, quasi qui inuenit spolia multa. Delector enim miserèdo: & præ magnitudine bonitatis meæ, ad miseriam, & gemitum pauperum, liquefcit anima mea. Recordare fili, mansuetissimi cordis mei, ex quo discere poteris, quā magna sit multitudo bonitatis, & dulcedinis meæ: lege sacras Scripturas meas, & miraberis facilitatē miserendi, & parcendi peccatoribus, & consolādi afflictos; ex quo intelliges me bonū Dominū esse, & timebis recedere à me, sicut mors timeri solet. Ego nunquam leuaui lanceā meam super virum, qui vellet seruire clementissimo Patri meo, quamuis grauissimè

mè peccasset. Semel suspirauit Dauid seruus meus, dicens: Peccaui; & statim transfuli ab eo peccatum eius. Paucis gemitibus accusauit se Publicanus, qui me multum offenderat: & citò descendit iustificatus, & lætus in domum suam. Decem millia talenta debebat mihi seruus nequã qui procedens rogauit me: & dimisi eum liberum, omneque debitum donauit ei. Mulier comprehensa in adulterio stetit timens, & instanter accusata in conspectu meo: & suauissimè respondens à dânatione eripui eam. Magdalensæ peccatrici ostendi lætam faciem, & celeriter perperci ei, ita vt Pharisæus, qui me inuitauerat, miraretur. Latro qui iuxta me crucifixus fuit, verbo vno molliuit viscera mea: factusque est statim particeps regni mei. Quare ergo bonitas mea tot testimonijs probata non placet filijs Adæ, sed quærunt solatia peregrina? Euge, fili, consortia peccatorum, & per veram pœnitentiam, require faciem meam.

De sapientia Dei, à qua homo peccando recedit.

CAP. IV.

Quam stultè recessisti à me, Fili, cum Adam patre tuo, qui per arborem
prohi-

prohibitam quæsiuit esse sicut Deus, sciens bonum, & malum ! Non est hæc via sapientiæ meæ, quæ palato cordis dulcissimè sapit. Ego sapientia, quæ ex ore Altissimi prodiit, sum lux formosissima, quæ splendoribus æternis illustro mentes paruulorum, qui sub disciplina mea requiescunt. Inflatos autem, & præsumentes de se projicio à facie mea, ut sedcant in tenebris, & umbra mortis, & nesciant discernere inter sinistram, & dexteram suam. Væ peccatoribus, quos excæcauit malitia sua, ne viderent me solem iustitiæ, præceptoremque sapientiæ, sub quo, in momento discerent secreta cælestia, & fierent doctiores; quàm si scirent numerare stellas cæli, & arenam, quæ iacet in litore maris. Certè licet peccator, qui à me recedit, sciret omnes doctrinas, quæ discuntur in Academijs orbis terrarum, nihil sciret, quia nesciret me, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ Dei. Etsi linguis hominum loqueretur, & Angelorū, quasi infans reputaretur in cælesti ciuitate mea, quia nesciret verbum Dei, qui linguas infantium facit disertas. Cùm ergo hæc ita se habeant, quid cogitas fili, discurrens per varias hominum scientias, in quibus non est salus, aut satietas ?

Reuer-

Revertere iam fatigatus ad me fontē sapientiae melle dulcioris, & potabo te, & dilatantur viscera tua. In me solo potest requiescere intellectus tuus; ne ergo labores frustra quaerens magistros mendaces, quos ego non erudiui. Fuge de medio Babylonis, & vita innumerabiles sollicitudines, quibus distrahitur cor tuum: & ego ducam te in solitudinem, lactaboque te, & docebo bonitatem, disciplinam, & scientiam meam, ita vt super senes intelligas, & omnes consiliarios Pharaonis, & diuinatores Chaldaeorum transcendas. Aufer sordes mentis, fili charissime, & mundare vt puris oculis aspicias candidissimam lucem meam: daboque tibi, vt fias confors secretorum meorum, & inflammaberis amore aeternae sapientiae, quae ineffabilibus gaudijs casta corda delectat. Gusta saporem meum, & aperientur oculi tui ad contemplanda mysteria mea desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauam. Et exultabunt ossa humiliata tua quae implebo castissimis delectationibus, quas praeparauit poenitentibus, qui reuertuntur de terra aliena in dulcissimam ciuitatem Ierusalem, vbi thesaurizant diuitias suas.

De

De pace Dei, quæ per peccatum amittitur.

CAP. V.

EGO Rex Pacificus, qui magnificatus sum super omnes reges vniuersæ terræ, participes facio amicos meos pacis, quæ superat omnem sensum. Quando enim homo existit in statu gratiæ, ego habito in eo, tanquam in thalamo nuptiali, vbi omnia pacifica sunt: & gustatur ibi pax dulcissima filiorum Dei, auditurque concentus suauissimus partium hominis conspirantium in vnâ consonantiam legis meæ: quam bene sensit ille qui dixit: Deus canticum nouum cantabo tibi, in psalterio de chachordo psallam tibi. Hęc pax est auro pretiosior, & omnibus mundi honoribus, diuitijs, & consolationibus amabilior: quam si filij huius sæculi gustarent, citò despicerent omnes amores terrenos, & suspirarent ad me. Tu ergo, fili, considera quid feceris, quando recessisti à me, noluisti pacem meam, & elongata est à te, & surrexerunt aduersus animam tuam innumerabiles hostes, qui nō dormiunt, & te requiescere non sinunt. Existimasti te habiturum, & possessurum pacem, si satis faceres appetitui, & desiderijs

rijs

rijs vanis eius, viuens more Gentilium, qui non cognouerunt me: & tamen nihil pacis inuenisti, sed sollicitudines, & anxietates, stimulos conscientiae, horrores, & timores iudicij mei, sicut Cain, qui, egressus à facie mea, timuit, ne omnis qui inueniret illum, interficeret eum. Contigit tibi, fili, quod olim accidit populo Israel, qui non bene usus fuit habitatione Ierusalem ciuitatis meae: migravit enim Iudas, propter afflictionem, & multitudinem seruitutis, quam peccando incurrit: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. O quam grauiter errat peccator, qui pacem filiorum Dei à se proiecit, & implicat se infinitis quaestionibus! O quam infelici-ter uiuit impius, qui fugit nemine perse- quente, portans secum damnationem mortis, quam operatus est! Usquequò clamabo, & inuitabo te, Fili ingrater, ad conuiuium deliciarum mearum, ubi paci- ficabuntur interiora tua, & laetabuntur consortio pacis, & amoris mei? Conuer-tere iam, fili in requiem tuam, quam per dolores mortis, comparauit tibi, & placeat tibi, habere mecum cor vnum, & animam vnam. Faciamus hodie pactum concordiae fidelissimae, quae non habeat finem. Ego parco tibi, dulcissime amice, neque
recorda-

recordabor culparum, quibus offendisti me: præbe mihi cor tuū, vt ineamus fœdus amicitiaē in sanguine meo, quem fudi pro te. Rumpe iam vincula colli tui, captiue fili, & respira ad libertatem meam; nam quod attinet ad me, ego ero fidelissimus adiutor in opportunitatibus, in tribulatione, & egestate tua. Ego scripsi te in medio corde meo, neq; vnquā obliuiscar tui. Tantūmodo, peto, vt reuertaris ad me, & in posterū bene vtaris suauissima cōuersatione mea: & faciā vt oriatur in te iustitia & abundātia pacis, quæ permanebit cū Sole, & vltra Lunam. Ecce latus meum apertum, & manus clavis perforatas; iunge latus cordis tui lateri meo, manusque tuas manibus meis, & conuertere tandem ad pretiosissimam pacē Redemptoris, & Amici tui.

De tutela Dei, à qua homo peccando recedit.

CAP. VI.

EGo custos hominum curam gero seruatorum meorum, quasi nutrix foueat infantulum suum: non enim dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. Custodio ego amicos meos, vt charissimam pupillam oculi, neque patior virgam peccatorum super sortem, siue hereditariē iustorum.

storum, ne forte iusti mei nimis afflicti
 extendant ad iniquitatem manus suas. A
 principio mūdi non est auditū, quòd ma-
 ter aliqua tam ardentem diligeret, & cu-
 stodiret vnicum filium suum, quam ego,
 qui erga iustos meos plusquā mater sum,
 & animas eorū diligo, quasi dulcissimas
 spōsas meas. Nō timebūt qui seruiūt mihi
 à frigoribus niuis: oēs .n. domestici mei
 vestiti sunt duplicibus, quia bonum Do-
 minum sortiti sunt. Quare ergo, fili, re-
 cessisti à me, & exposuisti te tot periculis,
 & latronibus, qui insidiantur tibi dicētes:
 Deus propter eius peccata dereliquit eū:
 persequimini, & apprehendite eum, quia
 non est, qui eripiat? Quis te proteget à vi-
 tulis multis, & tauris pinguibus, qui obse-
 derunt te, si sis extra tutelam meam? Om-
 nes bestiae syluę properabunt ad mortem
 tuam, nisi me custodē tuum esse sentiant.
 Foris vastabit te gladius, & intus pauor:
 vagus & profugus eris super terram. Nō-
 ne considerasti, qualiter timeant malefa-
 ctōres, qui reges terrenos offenderūt? cer-
 te nullibi quiescūt, sed timent ad omnem
 strepitum quasi ad vmbra[m] mortis, cogi-
 tantes ne forte ministri regis offensi ir-
 ruant repente super eos. Quāto ergo ma-
 gis sollicitabit te timor mortis, si careas
 custodia

custodia mea, & vt seruus peccati tradaris persecutoribus tuis? Mirabile est, quā dementes sint peccatores, qui tradiderūt animas suas in manus hostium suorum, non cogitātes se carere fortitudine mea. Reuertere igitur, fili charissime, ad me tutorem tuum, & ego, qui confregi capita Daconis, defendam te. Ego te ducam per terram desertam, per locum horroris, & vastæ solitudinis, si fideliter perseueraueris in timore meo. Ego cōturbabo principes Edom; & robustos Moab apprehendet tremor, dum per viam vitæ transieris sub tutela mea. Conuertere ex toto corde ad me custodem, ductoremque tuum, non requirens infirma auxilia mundi, & sectatorum eius: & ego solus dux tuus ero, eroque tibi sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans & experientia cognosces, quia melior est dies vna in atrijs, & custodia mea, super millia: & in tempore angustie liberabo te, eo quòd posueris in me cor tuum munitum firmissima fiducia infinitæ bonitatis & misericordiæ meæ.

De amissione gratiæ diuinæ, quam peccator incurrit. CAP. VII.

OMnes mundi thesauri comparati cū diuina gratia mea, puluis sunt, & cinis, ne-

nis, neque vlla æstimatione digni reputā-
 tur. Tanta est quippe altitudo, dignitas, &
 pulchritudo gratiæ meę, vt bonos æsti-
 matores ad incredibilem admirationem
 moueat. Ex quo fit, vt serui mei oculos il-
 luminatos habentes intimo dolore, &
 compassione moueantur, super proximis
 suis, quando à statu gratiæ meę in statum
 culpæ mortalis labuntur. Quod si tu, fili,
 bene cōsiderares, citò cōuertereris ad me
 motus magnitudine calamitatis, quam
 peccando incurristi. Erat anima tua, sua-
 uissima Sponsa mea in vellitu deaurato,
 circumdata varietate, cuius pulchritudinē
 Sol & Luna mirabantur. Tanta erat eius
 gratia, cum in fide desponsationis per-
 maneret, vt oculos meos mirabiliter de-
 lectaret. Erat ornata monilibus filia Ieru-
 salem, speciosa sicut columba, fo molissi-
 ma luce illustrata, & suauis valde decore
 prædita. Erat conformis exemplari suo,
 cuius comparatione non lucēt astra ma-
 tutina. Erat diues valde diuitijs veris vir-
 tutum mearum, quas neque ærugo, neq;
 tinea demolitur. Postquam vero pecca-
 uit, egressus est à filia Sion omnis decor
 eius, & à tanta fœlicitate incidit in tam
 extremam calamitatem, vt cæli super
 hac mutatione obstupescāt. Tanta enim

B. est o

est o fili turpitudine, & ignominia peccati, quod commisisti, ut factus sis leprosus putredine intollerabili horribilis, & vermium ebullientium esca miserabilis. Quid est hoc? Quomodo dissipata est amenitas paradisi mei, & terra fructifera versa est in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea? Quomodo anima tua contra fidelitatem desponsationis recessit à me, & foedata est cum amatoribus multis, qui corruerunt eam? Conuertere ergo, fili mi, ad gratiam, & amicitiam meam, & ad splendorem faciei tuæ; neque sis ita delirus, ut in tanta calamitate, & egestate deinceps viuere velis. Induere pretiosissima & candidissima veste nuptiali, ut placeas mihi, & recumbas in magna coena, quam præparavi charissimis electis meis. Suadeo tibi, emere à me, sine argento, vestem regiam, ut per plateam Sanctæ Ciuitatis incedas purpura vestitus, inter filios Syon inclitos, & amictos auro primo charitatis meæ.

De participatione Sanctorum, quam homo peccando deperdit.

CAP. VIII.

VAE soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem se! Beatus autem vir, qui

qui per communionem charitatis particeps est omnium timentium & amantiū me, & custodientium suauissima mandata mea. Certè qui mihi per gratiam vnitus est, vnitus quoque manet omnibus membris meis viuentibus cęlesti vita gratiæ meæ, quod est genus amicitiaē fidelissimæ, qua nihil amabilius inuenitur in terra suauiter viuentium. Angeli mei, & Sancti homines mihi per gratiam coniuncti, sunt amici fidelissimi, singulorum hominum diligentium me. Et tu, fili, quando placebas mihi, habebas solatia hæc, & priuilegia iustorum omni auro pretiosiora. Eras copulatus Sanctis meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ: omniaque illorum bona per communicationem amicitiaē pertinebant ad te membrum viuum meum. Egoque caput Ecclesiæ sponsæ meæ, influebam in te motus vitales charitatis meæ similes illis, quibus moneo corda diligentium me, & quærentium formosam valde faciem meam. Spiritus enim meus vrgebat te, & excitabat, & inflammabat ardentibus desiderijs æternæ fruitionis, qua satiantur venientes de terra fatigati milites mei. Nunc autem denigrata est facies tua peccatis quasi carbonibus

desolatorijs, & iaces infixus in interitu,
 quem fecisti, priuatus consortio Sancto-
 rum, quæ calamitas extrema est. Quos a-
 micos inuenies, fili, si amici mei non fa-
 ueant tibi? Quæ societas tibi proderit, dñ
 cares Angelorum, & seruorum meorum
 societate? Quis te in angustia consolabi-
 tur, si cum scorpionibus habites, & cæli
 concordia tibi desit? Reuertere ad con-
 sortia ciuium Ierusalem ciuitatis meæ &
 ad festa, quæ celebrantur communionem
 dulcissimæ charitatis: vt viuas fœliciter,
 quod reliquum est vitæ mortalis, & po-
 stea transeas ad communionem Ecclesiæ
 triumphantis, vbi dulcissima pax erit, &
 vniõ plena, atque perfecta. Recede à ta-
 bernaculis impiorum, qui non diligunt
 te, neque seipsos, nam qui diligit iniqui-
 tatem, odit animam suam. Multò vtilius,
 & delectabilius tibi erit, fili, sociari viu-
 uis membris, & vasis electis meis, vt discas
 sapientiam in schola mäsuetudinis meæ,
 & crescas cibo grandium crescentium ad
 mensuram dilectionis, quæ altior cælo
 est. Mundus transit, & concupiscentia ei-
 us: vniõ verò amoris mei non transibit in
 æternum, sed coniunget mecum dilectis-
 simos seruos meos, quibus disposui reg-
 num, vt comedant & bibant super men-

sam

sam meam, in conuiuio deliciarum paradisi mei.

De inconstantia, quam peccator incurrit.

CAP. IX.

PECCATUM peccauit Ierusalem: propterea instabilis facta est, & requiem nō potuit inuenire. Stultus vt Luna mutatur: quoeirca cum omnis peccator stultus sit, soluit debitas penas præuaricationis suæ, nunquam in eodem statu permanens, sed ad horas singulas consilia mutans. Recedit à firmitate, & constantia sua, quam habuerat in me Deo, & eustode suo, qui non mutor: & propterea vagatur instabilis, nesciens quo vadat, & non inueniens, vbi possit requiescere pes eius. Omnes persecutores eius apprehendunt eum inter angustias: & cupiens ille liber euadere, mutat loca sine fine, donec fugientem illum mala sua capiant in interitu. Væ animæ, quæ discessit à me. Vbi que inueniet stimulos & die ac nocte somnus fugiet ab oculis eius. Hodie peccator quærit amicos; cras vitat illos, quia infideles sunt. Hodie vacat ludis; cras luget, quia viuendo luxuriose cōsumpsit substantiam suā.

B 3 Hodie

Hodie quærit honores mundi; cras fugit notatus infamia propter peccata sua. Quid ergo cogitas, fili, qui sedes super rotam mundi, quæ semper vertitur? Quomodo non conuerteris ad me qui sum salus, virtus, & constantia tua? Nunquid non didicisti, experientia quotidiana, cogitationes mortalium, timidas, & incertas prouidentias, quæ sine ordine procedunt vsque in finem? Certò scias, fili, te sine misericordia mea esse paleam leuissimam, & folium siccum, quod à vento rapitur, & nullibi consistere potest. Nunc eris lætus post horam tristis; cras dolebis ob infirmitatem, proxima die succedente terreberis metu mortis; modò cura rerum temporalium, modò ambitio, modò sitis, modò fames cruciabunt te, nisi respicias & iactes in me cogitatum tuum, & offeras te totum mihi in altari cordis tui. Si quæsieris me in toto corde tuo, nihil perturbabit te, neque mors, neque vita, neque mundus, neque infernus, neque creatura alia visibilis, aut inuisibilis. Eris enim testimonio conscientiaë tanquam leo fortissimus bestiarum, qui ad nullius pauebit occursum. Ego firmabo inconstantiam Adæ patris tui, & roborabo te firmissima dextera mea; dabo te in colūnam

nam

nam terream, & in murum æneū aduersus omnes hostes animæ tuæ. Bellabuunt contra te, & nō præualebunt, quia te pœnitentem mutabo in virum alterum participem gratiæ, & fortitudinis meæ.

De remorsu conscientiæ, quo peccator cruciatur.

CAP. X.

Flli nisi redieris ad me in toto corde tuo, arguet te ipsa malitia tua, & auersio tua increpabit te: nam per quę quis peccat, per hæc & punietur. Iustum iudicium est, vt peccator, qui dereliquit me Deum suum, sentiat intra se remorsum conscientiæ, & sollicitudinem nascentem ex timore mortis, & inferni. Iustum iudicium est, vt inter gaudia mundi prohibita, quibus delectari quærit contra legem meam, pungatur stimulo cordis gementis, & præuidentis damnationem suam. Terrores mortis militant contra peccatorem, quamuis gaudia quærat: neque potest esse pax impio, qui arguitur à conscientia propria, à qua fugere non potest. Hic remorsus nascitur ex peccato, quasi vermis ex ligno, & ostendit me

iustum iudicem esse, & peccatorem pro-
 ditorem fuisse, qui paruo pretio vendide-
 rit me. Hæc meditare, fili, & vide, quia
 malum, & amarum est dereliquisse te
 Dominum creatorem, & benefactorem
 tuum, & non esse timorem eius apud te.
 Nonne vides omnia tibi infeliciter succe-
 dere quamdiu fugis me, & cum anxierate
 animi te bibere de aquis turbidis Aegyp-
 tiorum, cum possis per gratiam meam
 reuerti in charissimam ciuitatem Ierusa-
 lem, & potari aqua pura Iordanis, vbi po-
 teris lauari, & super niuem dealbari? Qua-
 re ergo resistis impulsibus amoris mei
 vocantis, & inuitantis te ad amicitiam
 meam? Projice à te, fili, quinque iuga bo-
 um, quæ stulte emisti, & tolle gratis vnũ
 & suauissimum iugum meum, vbi stimu-
 lis conscientia non fatigaberis, sed inue-
 nies requiem fatigatae animæ tuæ. Quære
 serenitatem cæli, & pacem, quæ superat
 omnem sensum; & requiesce ab ista soli-
 litudine, qua vexaris. Voca me, & re-
 spondebo tibi subtilibus inspirationibus
 meis, quæ gaudia vera generabunt, & se-
 dabunt commota viscera tua. Ego te so-
 labor, & loquar intus ad cor, si conuerta-
 ris ad me; & confiteberis mihi in directi-
 one cordis, cum adeptus fueris libertatẽ,
 & quie-

& quietem, & alia pretiosissima priuilegia filiorum Dei. Sperne iam consilia negotiatorum mundi, qui lacerant viscera tua, & sequere vnicum, & saluberrimum consilium meum: & videbis quomodo ego dissipabo omnes machinas inimicorum tuorum, & creabo in te spiritum nouum, quo renouetur, sicut aquilę iuuentus tua, vt fruaris amabilissima pace, & securitate mea.

De duritia cordis, quam peccator incurrit.

CAP. XI.

Iustus ego sum, & iustitiã dilexi: æquitatem vidit vultus meus. Peccator repulit me, & repugnauit innumerabilibus inspirationibus meis, quibus ego volebã emollire cor eius. Et idcirco ego repello eum, & prohibeo pluuiam meam ne stillet super illum. Ego i-uitaui Pharaonem per externa prodigia, quæ feci per manũ Moyſi serui mei, & per internas inspirationes, quas ille infœlix peccator sensit: sed cum repugnaret grandi misericordiæ meæ, permisi obdurari cor eius supra sili-
cem, & supra durissimas petras, donec persequeretur Israel populum meum, &

B: 5

sub-

submergeretur quasi plumbum in aquis vehementibus. Ego vixi Saul regē Israel, cum esset paruulus in oculis suis, & quasi puer vnius anni sequeretur me: sed postquā cœpit & perseueravit resistere multis motibus, & inspirationibus meis, proieci eum donec incumbens super gladiū suum horribiliter mortuus est. Ego tractavi tanquam hominem vnanimem, & fidelem, infœlicem Iudam discipulum meum: sed postquam restitit dulcissimis verbis, & inspirationibus meis, & obfirmavit cor suum contra me, dimisi eum, donec velut diabolus effectus, suspensus crepuit medius, & effusa sunt amaritudine plena viscera eius. Quid ergo expectas fili, qui peccasti, & recessisti à me? Quare perseueras in statu damnationis obdurans animam tuam, ne vincatur infinita dulcedine, & patientia mea? Nunquid in æternum pulsabo portam domus tuæ vt mitescat feritas tua? Reuertere fili, ad cor, neque conijcias teipsum in extremum periculū duritiæ, vt incurabilis fiat plaga tua. Nonne audisti, quia cor durum malè habebit in nouissimo, & quia peccator funibus peccatorum suorum constringitur? Caue, fili, grande malum hoc, & considera quid à te requirā. Peccator cum in
pro-

pro-

profundum peccatorū venerit, cōtemnit;
 sed antequā contēnat, tangitur, & moue-
 tur aliquantū interioribus inspirationib.
 bonitatis meæ. Postea verò paulatim fri-
 gescit, & minus sentit impulsus meos, do-
 nec lapideo corde insensibilis factus, ni-
 hil curat admonitiones meas, sed quasi
 equus indomitus currit per prata mundi
 festinans ad æternam flammam. Væ tibi,
 fili, nisi citò redieris ad me! Recordare
 salutis tuæ, & gloriæ meæ, quam præpa-
 raui ijs, qui veram poenitentiam agentes
 lauant stolas suas in sanguine meo. Vtere
 iam remedijs misericordiæ, ne obdureris,
 & tradaris in reprobum sensum. Si audie-
 ris me, ego liquefaciam glaciem cordis
 tui, flabitque Spiritus meus, & fluēt aque
 compunctionis, quibus abstergantur for-
 des tuæ. Amplectere hoc sanum consiliū
 Redemptoris tui parati parcere tibi, &
 mutare sortem tuam. Imprimam, si con-
 uertaris ad me, sensum contritionis, & a-
 moris visceribus tuis: & lætaberis reno-
 uatione cordis, sicut lætantur victores
 capta præda, celebrabisque regeneratio-
 nem tuam; & suavis effectus cantabis in-
 uictissimas, & super mel dulcissimas mi-
 sericordias meas.

De desperatione, quam aliquando peccator incurrit.

CAP. XII.

Considera, fili, quia non est aliud nomen sub caelo, praeter meum, in quo te oporteat saluum fieri. Noli errare spem tuam ponens in rege Aegypti, qui est baculus arundineus, super quem si quis innitatur, perforabit manum eius. Ego vicium mundum, mortem, & infernum, & propterea qui me offendit, & confugere curat ad fauores & delicias hominum, qui non sunt confortes victoriae meae, incidit in deiectionem animi, quae poena acerbissima est. Caeat gratia mea, quae generat spem viuam aeternorum bonorum, & videns se nihil dignum aeterna vita operari, frangitur, & debilitatur, usque ad tristissimam desperationem, quae statum damnatorum repraesentat. Hic est fructus ambitionis quaerentis honores hominum, quorum nomina in terra scribuntur. Hic est fructus auaritiae, quae infatiabili cupiditate in terra thesaurizat. Hic est fructus luxuriae, quae inebriatur delectationibus carnis, & non cogitat purissima gaudia Spiritus mei. Hic est fructus irae, quae facit veloces pedes hominum ad effundendum sanguinem.

languinem, & non curat numerari inter
mites seruos meos, qui possidebunt vi-
uentium terram. Denique hic est fructus
omnium peccatorum, quando malitia
crescit, & anima horret bonum, per quod
ad vitam æternam peruenitur. Quid ergo
agis, fili? Cur iaces in statu lamentabili, i-
nimitiæ meæ, quæ producit fructum
desperationis accelerans mortem, & in-
fernum? Quomodo non misereris animæ
tuæ languentis præ defectione virium?
Considera dissolutionem tuam, & furo-
rem, quo curris ad flammam, deposita
cura salutis æternæ, quasi non super sit ti-
bi spes. Stulte agis, fili, cadens animo, ne-
que cogitans, me omnipotentem esse, &
de luto facis. Projice de medio tui sordes
& pondera peccatorum, quæ dorsum in-
curuant, & in desperationem impellunt,
& suspira ad me auctorem spei, & redem-
ptionis tuæ: & liberaberis à seruitute ni-
mis dura, qua opprimeris, & respirabis ad
auram Spiritus mei, qui viuificabit ossa
tua. Conuertere ad me per opportunam
pœnitentiam, quæ salutarem tristitiam
secundum Deum generat, & simul læti-
ficat animam in me renascentem, & à me
recipientem pignus hæreditatis æternæ.
Sic sperabis, & sollicita anima tua nauigans

gans per mare magnum fundabitur iacta anchora spei firmissime, quā ego acquisiui tibi pretiosissimo sanguine & inestimabili charitate mea.

De infidelitate, quam periculum est, ne peccator incurrat.

CAP. XIII.

EGO Altissimi Dei filius sum lux mundi, & iusto iudicio punio peccatorem qui odit me, interioribus tenebris, quibus obscuratur intellectus. Quod malum admodum graue & formidabile est, ut aliquando infelix peccator multiplicando delicta in tantum à vera luce recedat, ut infidelitatem incurrat. Recessit à me, & dilexit bona terrena plusquam me: ex quo fit, ut deprauata voluntas ita corrumpat verum iudicium intellectus, ut tandem fidem catholicam amittat. Sic videre poteris, fili, quid acciderit peccatoribus multis, qui cum prius in me credidissent, aggravando peccata auaritię, superbię, gulę, aut luxurię, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Væ illis, qui oderunt purissimam lucem meam, qua bonum æternum, & incommutabile cognoscitur, & bonis creatis anteponitur!

Melius

Melius erat eis, si nati non fuissent homines illi: nam extrema infelicitas est à fide mea errare, & iugum meum obscurato intellectu proijcere. Et tu ergo, fili, considerans quid acciderit alijs similibus tibi, conuertere ad me: ne forte multitudine peccatorum oneratus, & legis meæ immaculatæ tædio affectus incipias non bene sentire de bonitate mea, & relaxato corde per amorem bonorum temporalium tradas te vitijs, & concupiscentijs, vsque ad prodigiosam abnegationem fidei meæ. Vide, fili charissime, quò tendas, dum peccare non desinis: ne sis crudelis in te metipsum currens velociter ad interitum. Caue ne parui facias admonitiones meas, quibus instruo te: ne obtures aures tuas seductus amore carnali, qui demergit innumerabiles homines in perditionem. Tempus breue est: negociare dum venio redditurus tibi æternam vitã, aut flammam. Si abstuleris de medio tui peccata, & idola tua, & reuersus inuocaueris me *DEVM*, Redemptorem, & Custodem tuum, illuminabo oculos tuos, ne vnquam obdormias in morte, custodiam te, & lucerna mea splendebit super caput tuum. Et lætaberis formosissima, & beatissima
luce

lucē meā, quā dirigam gressus tuos, in nocte vitæ mortalis, deducens te, ad splendorem meum, per itinera æternitatis. Aperiam oculos tuos radio infinitæ lucis meæ, & quasi de graui somno euigilans, miraberis, quomodo præterito tempore ambulaueris in tenebris & umbra mortis: & ex omni corde tuo diliges me liberatorem tuum, sacrificioque perpetuæ laudis honorabis me. Surge igitur citò, fili dilectissime, Surge de tenebris, & horrore inferni, ubi iaces, accipeque lumen cæli, quod exhilarabit te, antequam veniat nox vltima, quæ erit poena nouissima peccatorum contemnentium præsentēs inspirationes, & misericordias meas. Nec meditare in secreto cubiculo cordis, & conuertere ad Orientem, ubi nascor ego sol iustitiæ, qui cupio illuminare te, & implere splendoribus Sanctorum dilectam animam tuam.

De infœlici morte peccatoris.

CAP. XIV.

CVrrit peccator dum viuit, per campos mundi, quasi taurus, qui impinguatur ad victimam. Non cogitat miser homo se à morte, tanquam à latrone insidiante

fidiane capiendum, vt in vincula inferni
coniectus reddat vsque ad nouissimum
quadrantem. Bibit, comedit, ludit, ridet,
iurat, & blasphemar, & interim dum pec-
cat sine fræno, irruit super eum in firmi-
tas mortalis, atque vocatur ad iudicium.
O quam acerbus dolor est vocari ad mor-
tem! O quantus tremor, & horror inua-
dit peccatorem, quando videt se morte
tristissima separari ab omnibus, quæ ar-
denter amauerat! O quàm luctuosè dicit
in angustia illa: Circumdederunt me do-
lores mortis, & pericula Inferni inuene-
runt me. Vt impio morienti, super quem
omnes fluctus dolorum, & afflictionum
repentè irruunt, vt presentiat Inferni tor-
menta, qui noluit suspirare ad æterna so-
laria. Iam transferunt illicita conuiuia: iã
ludi prohibiti elapsi sunt. Iam cõsanguini,
& amici defecerunt: iam diuitiæ non
profunt: & quicquid delectauerat, in ar-
gumentum desolationis, & desperationis
conuersum est. Anima infœlix, quæ re-
pulis inspirationes meas, timet exire de
corpore ad flammam, & quantum potest
retrocedit, si fortè sit, qui, in angustia ex-
trema, cõsoletur eam. Sed frustra resistit,
quia instat hora moriendi, & soluendi
omnia desiderabilia, quæ habuit à diebus
antiquis.

antiquis, cum præuaricaretur dulcissimam
legem meam. Omnia eius peccata, quasi
exercitus terribilis repræsentantur ei, ut
videat, quam tristem, & amarum finem
præterita gaudia fortiantur. Dæmones,
quasi canes rabiosi, astant expectantes
prædam suam innumerabilibus catenis
culparum ligatam, ut trahatur ad poenā.
Noluit stultus homo placare me, cum
tempus haberet, & in hora vltima non
habet ad quem respiciat. Omnes persecu-
tores eius apprehēdunt eū inter angusti-
as, & cupiunt crudeliter sorbere sangui-
nem eius. Denique prolata sententia
iustitiæ meæ vas iræ aptatum ad interi-
tum rapitur ad tormenta. Hęc est sors ho-
minis iniusti, quem mala capiunt in inte-
ritu. Quid ergo cogitas, fili, qui peccasti?
Quid expectas? Nonne horret animus
audire hæc, quę peccator moriens inui-
tus patitur? Convertere ergo ad Deum
tuum, qui potest eripere te ab ira ventura,
& solari exeuntem de hac vita, per infini-
tam gratiā, & inestimabilem misericor-
diam suam. Time timore magno iram,
& iustitiam meam dum viuis; ut moriens
sentias paterna viscera mea: qui enim me
tanquam iudicem seuerum in vita timēt,
tāquam benignissimum patrem in mor-

te inueniunt. Beati qui custodiunt toto corde vias meas memores nouissimorum suorum: non timebunt à timore nocturno, cum loquentur inimicis suis in porta, quando scilicet egredientur de hac vita, cui succedit æterna nox peccatorum, vel lux æterna iustorum, quos dilexi. Sequerere me, fili, & adhæreat lex mea visceribus tuis, & non tanget te tormentum mortis, sed requiesces in suauissimâ pace mea.

De sensu amarissimo amissæ gloriæ in morte peccatoris.

CAP. XV.

ATtende, fili, quæ dico: Os enim meum semper loquitur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Si sciret peccator, qualis sit exitus delectationum suarum, & aculeus, qui manet infixus in anima post commissam culpam, horreret peccatum, sicut infernû, & quasi à facie colubri, fugeret illud. Sed quod non sentit, dum inebriatur dulcedine peccati, percipit in hora mortis, quando iam transijt voluptas, & solus viuit remorsus conscientiæ, & reatus æternæ pœnæ. Inter alia verò, quæ miserrimum peccatorem morientem torquent, sensus deperditæ bea-

beatitudinis amarissimus est supra omnē mundi amaritudinem. Considerat infœlix homo, quam facilè potuisset gaudia æterna bonis operibus comparare; considerat in hora illa seruos meos de corpore egredi victores mortis, & Inferni, & ascendere de cubilibus leonum, & de montibus pardorum, ad colligendos fructus palmæ quam meruerunt. Videt se potuisse numerari inter illos, qui exultant in gloria, & victoria parva lætantur in cubilibus suis: propter quod tabescit anima eius intimo dolore, & deiectione, quæ, si cognosceretur à viuentibus, lapidea corda moueret. Contuens enim peccator magnitudinem infœlicitatis suæ, tristissimo spectaculo consternitur absque vlla spe, & dicit: Hei mihi, quam infœlix sum! Væ mihi, quàm citò transierunt gaudia mea! quàm citò appropinquauit ad portas mortis! Poteram ego suauitè poenitentia non solum me redimere ab æterna flamma, sed etiam comparare infinita solatia Dei. O quàm benè potuissem negotiari per opera pia, quibus redditur merces magna nimis! Lætaret ego nunc ineffabili consolatione, apparente mihi mane illius diei, qui nō habet finem. Quis mihi det modò retrocedere, & poenitentiam

riam agere, vt post fletum longum succedat mihi risus! ad vesperum quippe demorabitur fletus, & ad matutinum lachryma. Quis mihi det vel horam vnã veræ compunctionis, ad lauandas sordes animæ meæ innumerabilibus lachrymis, vt inueniam æternam requiem in domo Domini, & in admirabilibus atrijs Dei nostri! Ergone semper cariturus sum ciuitate Dei viuentis, quem grauiter offendi, & ad iracundiam prouocauit? Heu me, quàm celeriter rapior ad cruciatum, quia contempsi æternum refrigerium! Ecce, fili, quibus modis peccator moriens lamentatur amissam æternam gloriam meam, à qua excluditur, testimonium perhibente conscientia ipsius, quæ vulnerata est horribilibus plagis, noluitque, dū tempus haberet, meam quærere medicinam. Esto misericors tibi, fili, benè vtens præparatis tibi remedijs sanguinis mei, quem fudi pro te. Negotiare dum venio, & conuertere ad me saltem intuitu retributionis, vt viuas mecum in amœnissimo paradiso meo. Abluere balneo pœnitentiæ, vt dignus inueniatis habitatione dulcissimæ Ierusalem, quæ triumphat in cælis. Rumpe iam moras, & impedimenta salutis tuæ intimo timore, & amore

meo:

meo: & curre velociter per arctam viam,
quæ ducit ad vitam, vt ingrediaris ad læ-
tissima pascua agnorum meorum, qui
imitati sunt candorem, & innocentiam
meam.

*De raptu peccatoris ad eternam pœ-
nam.*

CAP. XVI.

BReues dies hominis sunt, & numerus
mensium eius apud me est. Constitui
quippe æterno consilio terminos eius,
qui præteriri non poterunt. Propter quod
frustra peccator morti proximus retroce-
dere quærit, cum nemo possit resistere
vultui meo. Statutum est hominibus se-
mel mori licet iusti sint: iniustis autem
superuentura est secunda mors, quam
peccando meruerunt, & ideò peccator ac-
cedente puncto mortis primæ, desperati-
one, & horrore plenus rapitur ad mortē
secundam, mittiturq; in tenebras, & tor-
menta Infernaliam, quæ carebunt fine. Si
videres, fili, quam ferociter irruant dæ-
mones in prædam, & morienti insultent,
tremeres, & horreres valde, & festinares
conuerti ad me, ne talia horribilia pate-
reris. Trahitur infelix anima ad locum
pœna;

pœnarum, & demergitur, in chaos illud, vbi vmbra mortis, & null^o ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Vidēsq; se tandem descendisse ad statum obstinationis, & damnationis, irascitur & fremit contra me, & contra seipsam furosius, quàm cogitare, aut explicare possit. Dæmones, quibus obediuit, quasi lupi famelici insiliunt super eam, vt calcant creaturam infælicem, quæ calcauit, dum viueret dulcissimam legem, & repulit magnam misericordiam meam. O quot latratus, canum infernalium implent aures illas, quæ noluerunt audire mollitos super oleum sermones meos! O quam formidolosa spectacula terrent oculos illos, qui corporealem pulchritudinem dilexerunt plusquàm me! O qualis rabies torquet animam illam, quæ noluit gaudere suauissima familiaritate mea! Ibi consumitur in sepulchro pœnarum sine consumptione, & moritur sine fine: non enim cessabit manus extenta iustitiæ meæ torquere inimicos meos, & vertere rotam dolorum & afflictionum in æternum. Propter quod, fili, præmeditare tristissimum statum damnationis, in quem peccata tua te impellunt, & reuertere ad me, antequam nox accedat; & tradaris

vngui-

vnguibus leonum rugientium contra te.
 Eripe nunc per gratiam meam teipsum à
 corruptione sordium, quæ faciunt animã
 abominabilem, & dignam carcere sem-
 piterno: & in hora illa tremenda ego eri-
 piam te de manu canis, & saluabo te de o-
 re leonis infinita potentia, & fidelissimo
 auxilio dexteræ meæ. Ne differas tempus
 pœnitentiæ, sed præuenire cura faciem
 meam intima confessione culparum tua-
 rum, & humiliatione cordis contriti; &
 habebis me adiutorem fortissimum, qui
 humiliabo calumniatorem tuum sollici-
 tum, & impatientem salutis tuæ, quam
 acquisiui sanguine meo. Ego desidero
 saluam facere charissimam mihi prædam
 animæ tuæ: ne sis ingratus perseuerans in
 statu inimicitie meæ, sed conuertere ad
 benignissimum Redemptorem tuum, qui
 expansis brachijs expectat te. Et odora-
 bor ego sacrificium cordis tui emolliri;
 & præparati ad capiendas inspirationes,
 & misericordias meas: placebitque mihi
 hostia tua super vitulum pinguem, & no-
 uellum cornua producentem & vngulas.
 Non enim mâducabo carnes taurorum,
 aut vitulorum, aut sanguinem hircorum
 potabo: sed sacrificium laudis, & conuer-
 sionis tuæ, qua delector, honorificabit
 me,

me, & desponsabo mihi, in reconcilia-
tione, & reparatione amissæ gratiæ meæ,
dilectissimam animam tuam.

*De resurrectione anima, quæ fit per pœni-
tentiam.*

CAP. XVII.

Quamuis nihil eorum, quæ dixi, te
moueret, fili, ad agendam pœniten-
tiam & querendam pacem, & amicitiam
meam, inæstimabile saltem bonum diui-
næ gratiæ, ad quam veri pœnitentes re-
surgunt à morte peccati, deberet morare
te, vt statim conuertereris ad me auctore
vitæ, & lucis illius, quæ nescit occasum.
Tanta est enim dignitas, sublimitas, &
decor gratiæ meæ, per quam ego habito
in anima Iusti, vt abominabilis appareat
omnis mundi pulchritudo, & altitudo, si
cum illa comparetur. Si daretur tibi, ô fili
charissime, semel aspicere resurrectionē
illam, quæ fit per gratiam meam, omnia
mundi bona despiceres, vt stercore, & vē-
deres omnē substantiam domus tuæ, ad
emendam prætiolosissimam gratiæ marga-
ritam. Recordare, fili, quod didicisti per
Sanctas Scripturas, & inspirationes meas,
quomodo corpus meum à peccatoribus

C

defor-

deformatū in acerbissima passione mea, accedente momento resurrectionis, reformatum est, ita vt niuem candore, & Solem splendore superaret. Paulo ante non erat ei species, neque decor, sed imago mortis, & in puncto resurrectionis, suauissima pulchritudine, & purissima luce præditum apparuit, quasi corpus Vnigeniti Filij Dei. Ad hunc modum debes meditari, fili, resurrectionem animæ, quæ in peccato mortua fuerat, & per gratiam reuiuiscit. In puncto enim illo ex imagine diaboli horrenda, transit ad similitudinē Dei, ex tenebris infernalibus ad serenissimā lucem, ex deformitate turpissima ad pulchritudinem dulcissimā, quæ lapides emolliret. Ego sponsus animæ ab adultério peccati reuerētis ad thalamum meū, immemor iniuriæ capior amore colūbæ meę redeuntis ad arcam cum ramo vitæ oliuæ, & recipio illam ad strictissimos amplexus meos. Ego in hora illa orno redemptam à seruitute Pharaonis dilectam meam virtutibus diuinis, vt se præsentet clementissimo Patri meo, & ornata monilibus redemptionis, quæ est in sanguine meo, numeretur inter filias Sion vestitas purpura Regis, qui gratis amauit, & elegit eas. Considera nunc, fili, vnde ex-

cideris,

cideris, & age pœnitentiam conuersus ad me ex intimis medullis, neque parui facias tantas, & tam ineffabiles diuitias, quæ in statu gratiæ meæ proueniunt. Ne audias consilia hominum diuertentium te à beatissima luce mea: sed sequere consilia Sanctorum, qui dilexerunt, & exquisierunt me. Nescit mundus æstimare gratiã meam vendens me pro modico fragmento panis; quo non poterit saturari. Aperit tu oculos cordis tui, & contemplare speciosissimam formam Dei, quantum valet infirmitas tua, & videbis, vnum saltem gradum Diuinæ gratiæ meæ prætiosiorẽ esse, quam vniuersi mundi imperium, etiam si absque fine duraret. Hæc est sancta, & casta eruditio mea, quæ debet mouere cor tuum ad contemnendas omnes consolationes terræ, & ad quærendam amicitiam meam. Si fueris fidelis, & audieris me, dabo tibi vestem nouam qua induuntur reges multi, qui mecum regnaturi sunt in æternum, & vltra.

De reparatione amicitia diuina, quæ fit per pœnitentiam.

CAP. XVIII.

Inæstimabilis thesaurus est amicitia mea, fili charissime, quæ voco ad recõliationem.

liationem, & pacem desiderabilem super omnia mundi desideria. Considera quid ego possim, & valeam, & quam fidelis amicus sim, & quam perseueranter ius amicitiae custodiam. Ego sum diues in misericordia in omnes, qui conuertuntur ad me, neque placent mihi viscera crudelia. Ego sum Dominus caeli, & omnium, quae caeli ambitu continentur, & dominationis meae non est finis. Ego fundavi terram super stabilitatem suam, & extendi caelum sicut pellem. Ego fabricatus sum auroram & Solem, astatem & ver, ego plasmaui ea. Meae sunt omnes ferae sylvarum, iumenta in montibus, & boves: ego sicut verus Dominus cognoui omnia volatilia caeli, & pulchritudo agri mecum est. Omnia mea sunt, neque est aliquod bonum, quod se subtrahat ab imperio meo. Cum ergo omnia mea sint, fili dilectissime, & fidelissime seruem legem amicitiae, si toto corde conuertaris ad me, eris Dominus rerum omnium, quia amicorum omnia sunt communia. Neque mireris si rem tam mirabilem promittam tibi, fili: Si enim tradidi me ipsum pro te, dedi que in manus inimicorum, pro salute tua, dilectam animam meam; quid mirum si tradam tibi quoddam dominium super

super

super res meas, quæ cum animâ, seu vita
 mea comparari non possunt? Crede mi-
 hi, fili, quia seruire mihi regnare est: om-
 nis enim qui facit volūtatem Patris mei,
 sicut feci ego, efficitur particeps Vnigeni-
 ti filij eius, vt sit filius Dei per gratiam, si-
 cut ego sum per naturam. Quod si effici-
 tur filius, certè & hères per Deum: habet
 enim, quod veri Domini hæredes rerum
 habent, vt fiat voluntas eius in vniuerso
 mundo, sicut cuiuslibet Regis in suo reg-
 no, qui factus Dei amicus conformat in
 omnibus voluntatem suam rectissimæ
 voluntati Creatoris sui. Cum ergo hæc
 ita se habeant, fili, cur non properas con-
 uerti ad amicum tuum, cuius vultum de-
 precantur omnes diuites plebis? Quomo-
 modo eligis potius seruire mundo serui-
 tute durissima, quam regnare per vnionē
 amicitie meæ, quam non solum res meæ
 sunt tibi communes, sed ego fio verissi-
 mē tuus? Nunquid ego non sum tibi me-
 lior, quam vniuersæ mundi amicitie, &
 cōsanguinitates, quas requiris? Conside-
 ra iam quid agas, amice charissime, & ad-
 hæreat anima tuâ visceribus meis. Quod
 si suauitas, quam percipis in communica-
 tione amicorum tuorum pertrahentium
 te ad mortem, placet tibi, ne pigriteris

propterea relinquere amicos carnales propter me: Ego enim non solum communico cum veris pœnitentibus omnia alia bona, sed etiam dulcissima solatia mea cū quibus nulla consolatio mūdi cōparabilis est. Dilata os tuum, fili, & implebo illud, si reuertaris ad me, Ego honorificabo, ditabo, & consolabor te, sicut mater amantissima solatur vnigenitum filium suum.

De lætitia bona conscientia, quæ nascitur ex pœnitentia.

CAP. XIX.

INcomparabilis est lætitia, quam generat vera pœnitentia, fili charissime, sicut nouerunt fideles amici mei: qui vidētes se esse translatos de morte ad vitam, ex reatu æternæ flammæ, ad ius hæreditatis æternæ; ex seruitute Pharaonis ad ciuitatem Ierusalem, quam dilexi, non satiātur Hymnis, & Canticis spiritualibus, quibus cantant dulcissimas misericordias meas, & dilectissimam redemptionem suam. Certè sicut corpus, quando conualescit à morbo, lætatur valde, quia à malis humoribus, & à periculo mortis liberatum est; ita, & anima, quando iustifica-

cus

etur per poenitentiam, exhilaratur intima
lætitia, quia à pessimis vitiorum humo-
ribus, & ab instante morte sempiterna e-
repta est. Si autem scire desideras, fili,
qualis sit lætitia illa, scito per scientiam,
aut eloquentiam humanam esse ineffa-
bilem & inexplicabilem ijs, qui eam non
gustarunt, quamuis vanis lætitijs sæculi
seipsum tradiderint. Nam lætitia mundi
est in superficie hominis transeuntia bo-
na quærentis: Lætitia verò bonæ consci-
entiæ, quam poenitentia, & reconciliatio
mea producit, est lætitia intima, quæ pe-
netrat ossa, & medullas, inæstimabili cõ-
solatione mea. Cor enim iusti, postquam
à vitijs recessit, & ad me fortiter conuer-
sum est, expanditur, & Spiritus sancti mei
motibus mouetur ad spem futuræ beati-
tudinis, quæ est sicut Anchora animæ
firmissimè confidentis, se peruenturam
ad infinita solatia mea. Loquor ego ad
cor iusti secretis sermonibus, quos nemo
Principum huius sæculi cognouit, & a-
mantissimè dico: lætare, fili dulcissime,
& iacta super me cogitatum tuum. Ego
enutriam te, & deducam per vias re-
ctas iustitiæ meæ. Ego ero tibi in patrem,
& tu eris deinceps mihi in charissimum
filium: daboque tibi hereditatem, cum

qua omnia regna mundi comparari non
 possint. Esto fidelis vsque ad mortem, &
 accipies coronam vitæ in platea supernæ
 ciuitatis meæ, vbi posui delicias meas. Ne
 deficias in tribulatione, quia ego tecum
 sum vt liberem te; vt post labores Vitæ
 mortalis constituam te super excelsam
 terram, vbi comedas fructus amænissimi
 paradisi mei. Hæc & similia verba loquor
 ego ad cor Iusti, qui detestatus gaudia
 mundi, reuertitur, quasi ceruus à vænato-
 ribus percussus, ad me fontem viuum, &
 verum refrigerium suum. Si ergo tanta
 est lætitia bonæ conscientie, per quam
 ego in illo suauissimos sermones meos,
 quid est, fili, quod durum tibi videtur,
 conuerti ad me? cur non consideras grã-
 de bonum hoc, quo cares, quam diu cares
 gratia, & amicitia mea? Vsquequò aggra-
 uabis cor tuum, sicut aggrauauit Aegyptus
 nolens conuerti ad magnitudinem inspi-
 rationum, & prodigiorum meorum? Re-
 uertere iam, fili mi, à via, per quam erra-
 sti, sicut ouis, quæ perijt, & voca multis
 gemitibus pastorem tuum. Et ego bene-
 faciendi, & miserendi cupidissimus exau-
 diam te, & introducam te ad pascua vber-
 rima interni solatij mei. Tunc afflues, &
 mirabitur, & dilatabitur cor tuum, & co-
 gnoscens

gnosce tantum boni magnitudinem perseverabis in intima conversione tua, & in pretiosissima gratia mea.

De consideratione patientiæ Dei expectantis hominem ad poenitentiam.

CAP. XX.

Multa sunt, & admirabilia beneficia mea, fili charissime, quæ te ad compunctionem mouere, & interioribus flammis urere deberent! Sed considera saltim unum ex illis, quod est quotidianum argumentum infinitæ bonitatis, & misericordiæ meæ. Ego sustento te, tribuens tibi vitam, & inspirationem, & omnia bona, quæ habes: omne quippe bonum à me descendit. Ego mitto tibi multas inspirationes, quasi nuntios meos inuitantes te ad pacem, & vitam, qua nihil amabilius est. Ego moueo impulsibus spiritus mei interiora tua etiam dum peccas, & repugnas dulcissimæ legi meæ. Ego præseruo te peccantem à maioribus malis, præsertim ab extremo malo æterni supplicij, quod mereris. Quomodo ergo resistis tantæ benignitati? Quomodo non mouet cor lapideum tuum infinita mansuetudo mea? An ignoras, quod patientia mea ad

pœnitentiam te adducit? cur ergo secundum duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in diem iræ, & iusti iudicij mei? Ego per secreta m eruditionem meam, qua tango viscera tua crudelia, quæro mansuefacere te: & tu per internam duritiam repellis misericordiam meam. Ego sto ad ostium, & pulso desiderans habitare in thalamo animæ tuæ, quam redemi: & tu obturas aures, ne sentias ictus meos, quasi essem fur aliquis, qui vellet furari bona domus tuæ: Non est utilis, fili, ingratitude hæc, quam qui audierit, expauescet. Quis enim audiuit vnquam talia, & tam horribilia, quæ fecit adultera anima tua? Quis credet me Deum Redemptorem, & Amicum tuum tam sollicitum esse salutis tuæ, ac si nihil aliud in gubernatione mundi cogitarem; & te è contrariò esse adeò durum, & infidellem, vt nihil aliud videaris cogitare, quàm quomodo resistas diuinæ charitati meæ? Cesset ergo iam, fili, stultitia hæc, qua multiplicas peccata sine fine, & disce gratitudinem, & fidelitatem, quam debes fidelissimo Domino, & custodi tuo. Satis expectaui te repugnantem, & anteponentem amores terrenos cælesti amoris meo: conuertere ergo nunc ex toto corde,

de,

de, & require me, vt saluam facias ab innumera-
 bilibus hostibus animam tuam. Tempus breue est: ne patiaris transire dies
 istos paucos, quos ad negotiandum, assignauit tibi; vt acquiras bona mercatura,
 æternas diuitias regni mei. Si audieris me monentem, & inuitatem, ego ero valde
 liberalis, & misericors: & quicquid perdidisti, tot diebus, quibus offendisti
 me, reparabis superueniente gratia, & liberalitate mea. Hæc sit, fili charissime,
 sapientia tua: hæc sit prudentia tua: caue ne nimis proteruè prouoces me ad iram,
 & abutaris infinita patientia mea, sicut stulti multi fecerunt, quos nunc
 torquet Inferni flamma. Sequere consilia filiorum meorum, qui tremunt
 ad sermones meos & præueniunt mansuetissimo corde faciem meam: & ego
 mittam tibi largum imbrem misericordie, & implebo dulcissima consolatione
 fatigata viscera tua.

*De beneficijs diuinis quæ in commune
 considerata mouent ad compunctionem.*

CAP. XXI.

COR tuum, fili, nimis durum est.
 Cū enim nocte & die non cesses acci-

C **o** **pere**

pere noua beneficia mea, quibus uiuis, & à malis plurimis præseruaris, mirabile videtur, quod in tantas, & tam enormes legis meæ præuaricationes incurras. Cæli obstupescunt super cæcitate, & ingratitude tua, quæ homine Christiano indignissima est. nam, vt taceam naturalia bona, quæ non posses habere sine me, certè supernaturalia beneficia, quæ tibi feci, vt per meam fidem catholicam credis deberent tantum saltem mouere te, quantum ordinaria beneficia animalia fera mouent. Mirum est enim, quod ursi, & leones mansuescant victi à benefactoribus suis, & obediant eis, vt catelli enutriti ad delicias, & tu, qui rationis vsum accepisti, & luce diuina illustratus es, nolis mihi summo benefactori tuo cedere, & cõuerti ad me. Nonne considerabis, quid ego fecerim pro te, quasi colonus in terra aliena, quæ spinas & tribulos germinauit mihi, vt vincatur feritas tua? Quò fugis, fili Adæ, quò fugis à clementissimo Deo, Salvatore, & custode tuo? Vellem certè, vt saltem requireres faciem meam, sicut canes requirunt facies dominorum suorum, à quibus modicum panem acceperunt. Immo minora peto à te, fili, si fortè hac suauitate mea commoueantur viscera tua. Ca-

nes

nes quippe acceptis multis ictibus, & vulneribus, non resistunt dominis suis, sed timent, & (si possint) recedunt quousque quiescat ira illorum. Statim verò ac vident faciem dominorum lætam, exultant, & ludunt coram eis sperantes modicam buccellam panis. Tu verò, fili nimis dure, non solum irasceris contra me, si te exerceam laboribus, & afflictionibus, sed etiã insurgis aduersus me, quando dulcissimo corde, & læto vultu consero tibi magna beneficia. Quid est hoc? Usquequò proteruus & ingratus eris, & perseuerabis in statu damnationis factus non tantum inimicus meus, verum & inimicus anime tuæ? Quiesce iam, fili charissime, ab hac dementia tua, & intima gratitudine memor esto bonitatis, & misericordiæ meæ, qua saxa mollirentur. Et considerans te omnia perdidisse, neque semel respirare posse, sine infinita potentia, & largitate mea, dic intra te: Ego peregrè profectus sum, & omnia perdididi, quia offendi benignissimum Dominum, Deum, Redemptorem, & Patrem meum. Reuertar ergo ad domum eius, & fuis lachrymis prosternam me coram eo, vt induat nudum, illuminet cæcum, erudiat ignorantem, pascat esurientem & subueniat creaturæ.

misertimæ, quæ insipienter recessit ab eo. Si feceris hæc, fili charissime, ego occurram tibi suspiranti ad me, creabo in te cor mundum, & spiritum rectum innovabo in visceribus tuis. Et ædificabo tibi domum fidelem absque tributo in sancta ciuitate mea, vt læteris in æternum cum nobilissimis ciuibus, & fortissimis victoribus meis, qui venerunt de tribulatione magna, & dealbauerunt stolas suas in sanguine purissimo Agni Dei. Hæc cogita, fili, atque recogita, & sine cor tuam moueri ad compunctionem cantans atque commemorans cum intima gratitudine innumerabilia beneficia mea.

De consideratione mysterij Incarnationis.

CAP. XXII

VOlo, fili charissime, qui dereliquisti me, vt iudicio contendas mecum, si fortè beneficia, quæ tibi contuli, talia nō sint, quæ lapides durissimos emollire possint. Taceo nunc naturalia bona, quæ deberent impellere vehementer cor tuū ad requirendam amicitiam meam: volo potius ad beneficia supernaturalia,

&

& supra omnem æstimationem, admirabilia te vocare, vt consideres, atque recogites illa. Desolatione enim desolata est omnis terra, quia nullus est, qui recogitet corde. Verbum abbreviatum fecit Dominus super terram, quando propter te, Verbum caro factum est, & recubui in vtero purissimæ Virginis matris meæ, quasi sponsus in thalamo suo. Tunc Maiestas Altissimi sacco humanæ carnis accincta est, & coepi ego vnigenitus Dei filius pati humana, vt tu, fili dilectissime, ascenderes ad diuina, & sederes mecum ad mensam meam in amplissimo regno meo. Si scires, quid ego cogitarem de te, dum absconditus manerem in vtero genitricis meæ, facile videres, quàm ingratus fueris, cum peccaueris aduersus Altissimum Deum, & charissimum fratrem tuum. Ex quo enim assumpsi carnem causa salutis tuæ, non solum Deus, & Dominus fui, sed etiam frater tuus amantissimus effectus sum, quod te plurimum commouere deberet. Quis enim cogitasset hominum, vel Angelorum, quod Maiestas mea sublimissima descenderet ad consortia hominum, qui recesserunt à me? Absconditum est secretum hoc, volucres quoque cæli latet. Postquã

verò

verò fide mea, quæ est argumentum rerū non apparentium, firmiter credis, fili, me non ex operibus iustitię, quæ fecisti, sed secundum magnam misericordiam meam, venisse de sinu Patris mei, ad assumendam naturam humanam; vtere rectitudine fidei, vt conuertaris totis visceribus ad me, qui ab æterno dilexi salutem tuam, & per viscera misericordiæ oriens ex alto visitaui te. Dic intra te, fili; cogitans magnitudinem mysterij incarnationis meæ; Quomodo possum resistere tam inæstimabili charitati dulcissimi Dei mei? Quomodo non resoluor in lachrymas intimæ compunctionis, & amoris sciens altitudinem consilij diuini in assumenda carne mea, vt fieret Deus non solum custos, & nutritius, sed etiam charissimus frater meus? Quid ago infelix? Quomodo possum vel per horam vnā iacere in sordibus peccati reddēs tantum malum pro tam ineffabili bono, quod fecit mihi benignissimus Deus meus? Vtinam dirumperentur viscera mea præ magnitudine compunctionis nascentis ex multitudine, & magnitudine peccatorum meorū, quibus iram merui! Hęc & similia debes, fili, cogitare auertens ab iniquitate animam tuam, vt respondeas amoris infini-

to, quem ostendi per infinitam commu-
nicationem bonitatis meæ factus homo
similis tibi. Offer mihi millia holocausto-
rum in ara cordis tui compuncti, & hu-
miliati, & tantę charitatis stimulo inci-
tatus reuertere ad gratiam, & amicitiam
meam. Ego autem, vt amantis imus fra-
ter tuus, suscipiam te venientem de terra
longinqua, & introducam te in domum
Altissimi Patris mei, Qui videns te fratrem
meum esse, & à via mala recessisse, faciet
te participem hereditatis incorruptibilis,
quæ in cælis conseruatur ijs, qui per verã
pœnitentiam ex intimo cordis suspirant
ad æterna solatia paradisi mei.

*De consideratione mysterij Natiuitatis
Christi.*

CAP. XXIII.

EGO Vnigenitus Dei Filius primoge-
nitus ante omnem creaturam, fili
charissime, mirabili mysterio per natiui-
tatem temporalem exij de utero purissi-
mæ Genitricis meæ, vt tecum conuersa-
rer, & preberem tibi exemplum, quo om-
nes ferę sylvarum mansuescerent. Qualis
enim charitas tibi videtur, quod Altissi-
mus Deus, quem laudat astra matutina,
&

& cui subiacet omnis creatura, abbrevia-
 tus corpusculo infantili exiret ex utero
 Virginis ad patiendum ab hora illa ho-
 minum calamitates propter te? Quis co-
 gitasset vnquam tantam exinanitionem,
 qua ego humiliavi me, vt cum in forma
 Dei essem, assumpta forma ferui, nascerer
 in ciuitate Bethlehem, vbi quæ nō rapui,
 affluenter exolui incipiens pati pro cha-
 rissima mihi anima tua? Nunquid non
 mirabile est, quòd quem cæli cælorū ca-
 pere non poterant, reclinaretur in paruo
 præsepio, cum non esset ei locus in diuer-
 sorio? Quæ communicatio diuinæ Ma-
 iestati, & tã inauditæ indigentie, quã per-
 tuli ego, qui sum diues in misericordia?
 Considera, fili, mirabilia hæc, quæ non si-
 ne consilio facta sunt, sed ab æterna sapi-
 entia directa in salutem, instructionem,
 & consolationem tuam: & vide, quam
 malè vsus fueris tam ineffabili bonitate,
 & suauitate mea. Ego ad hoc veni in mū-
 dum, vt nascerer, in corde tuo, & haberē,
 pro mercede paupertatis, quam tēsi in
 stabulo, delectabile hospitium animæ
 tuæ. Et tamen ad eò alienus effectus es à
 me, vt nolis permittere mihi optatam
 habitationem domus tuæ. Natæ sunt in
 te yrticæ, & spinæ, & genimina vipera-

sum

rum locum inuenerunt in visceribus tu-
is: & solus ego repellor, ne renascat in
anima tua. Ostulte, & tarde corde ad-
credendum, & quærendum verum, & v-
nicum bonum tuum! Quando aperien-
tur oculi tui, vt cognoscas, & diligas me,
& aperias mihi penetralia cordis tui? Cõ-
uertere tandem, fili, ad me, & sine vt per
regenerationem poenitentia renascat in
anima tua. Die intra cõclauē cordis tui:
Si Altissimi Dei Filius ideò natus est in
mundo, & factus est ciuis vnius ciuitatis
terrenæ, vt ego renouarer, & renascerer
in illo, fieremque ciuis superne ciuitatis,
quæ triumphat in cælis; quomodo iaceo
in statu peccati, & repugno infinitis be-
nedictionibus, & miserationibus eius?
Quomodo non quæro reformari, ad for-
mā exemplaris mei, quo nihil est amabi-
lius siue in terra, siue in cælis? Qualis du-
ritia est, quod sublimissimus Deus factus
infans patiatur frig⁹, & egestatē extremā
propter me, & ego vacē commoditatibus
sæculi, quasi beatitudo mea in terrena
substātia cõsisteret? Paruulus filius datus
est nobis, qui cum sit Rex Pacificus, por-
tat principatum super humerum suum,
ne grauet subditos, sed ferat languores
eorum: Et ego ingratus sum è plebe eius,
non

non considero, quid egerit pro me, quasi
 possem absque illo, foelicitatem inuenire.
 Væ mihi, quàm stultè egi! Ego reuertar
 ad Principem meū, cui dedit Pater æter-
 nus sedem David patris eius, & compati-
 ar illi, ne fortè excludar à domo Iacob, in
 qua ille regnabit in æternam. Hæc si co-
 gitaueris, fili, & tactus dolore transactæ
 vitæ redieris ad me; ego te iterum partu-
 riam, donec former in te dilectissimo cõ-
 sorte, & amico meo. Et sic amabit te cle-
 mentissimus Pater meus, qui quos præsci-
 uit, & prædestinavit, voluit esse confor-
 mes imaginì filij sui, vt sim ego primo-
 genitus inter dulcissimos fratres meos,
 qui quæsierunt, & dilexerunt me.

*De consideratione mysterij Circumcisio-
 nis.*

CAP. XXIV.

Considera, fili, quam durum sit, con-
 tra stimulum infiniti amoris mei
 calcitrare, opera quæ ego feci pro te, sti-
 muli sunt, quibus si resistas, vulneraberis:
 egoque iustificabor in sermonibus meis,
 & proculdubio vincam, cum te iudicaue-
 ro. Quis enim adeò cæcus & delirus sit,
 qui non videat, cor tuum durius esse la-
 pidibus,

pidil
 ctio
 fant
 labo
 tuam
 paup
 post
 mun
 ne, v
 tus
 gere
 le eff
 cere
 sola
 tu pi
 van
 aqu
 tudi
 & sa
 dog
 ope
 cuc
 & tr
 uert
 cor
 quã
 tuar
 fort
 fece

pidibus, cum non mouearis ad compun-
 ctionem sciens mysteria dulcissima in-
 fantiæ meæ? Certè pauper fui ego, & in
 laboribus ab Infantia mea propter salutē
 tuam: non enim tantūmodò in extrema
 paupertate, & derelictione natus sum, sed
 post dies paucos, fudi pro te pretiosissi-
 mum sanguinem meum circumcisis car-
 ne, vt tu circumcideres cor tuum, & mo-
 tus ostensione redemptionis meæ dili-
 geres me ex tota fortitudine tua. Mirabi-
 le est, quod tam citò properauerim, exer-
 cere officium Redemptoris ad salutem,
 solatium, & instructionem hominum, &
 tu properes abuti sanguine meo, & gratis
 vænundare animam tuam. Num quid nō
 æquum tibi videtur, cessare iam à multi-
 tudine peccatorum, & turpitudine vitæ,
 & saltem offerre mihi iuuentutem, quan-
 doquidem ego obtuli tibi infantiam, vt
 operarer opus redemptionis tuæ? Ego
 cucurri in siti abominabilium vitiorum,
 & transeuntibus annis multis, non vis re-
 uerti ad me, & circumcidere præputium
 cordis tui. Vt tibi fili, quàm cæcus es, &
 quàm stultè agis contemnendo animam
 tuam, & obdurando ceruicem aduersus
 fortissimum amorem meum! Non sic
 fecerunt fideles amici mei tenentes gla-
 dios

dios super femur suum, vt exemplo meo, circumciderent corda, & ressecarent quicquid sentirent dissentaneum legi meæ. Sic audisti, fili, multa millia adolescentū, & puellarum, quas mundus vehementer amauit, tāto desiderio mei arsisse, vt parce admodum vterentur hoc mundo, ne fortè traderentur in reprobam sensum, & perirent de via vitæ. Quid ergo agis, fili? Quò curris sine fræno timoris mei? Quare non respicis me rectis oculis, & recedens à tabernaculis impiorum, queris adhære fidelissimo Redemptori tuo? Ego palam locutus sum mundo dicens: Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te: atque idem de manu, & pede prædicaui, vt erudirem filios Adæ in Schola sapientiæ, quæ de cælis est. Omnia quippe illa, quæ scandalum faciunt, circumcidenda sunt, & projicienda, ne grauent animam ascendentem in cælum. Qualis ergo stultitia est, fili, tradere te vitijs, & concupiscentijs innumerabilibus, testimonium perhibente tibi conscientia, quod gentiliter viuas, & conculces immaculatam legem meam? Satis delirasti, fili, discurrens per prata mundi sine memoria mei: reuertere nunc saltem ad me, & projice de corde tuo omnia

nia

nia idola, quæ adoraſti. Ne horreas verbū crucis, quod licet ijs, qui pereunt, ſtultitia videatur, ijs tamen, qui ſalvi fiunt, eſt Dei virtus, & ſapientia. Accipe gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, ſermo ſcilicet Dei viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, ac pertingens vſque ad ſecretiſſimam diuiſionem animæ & ſpiritus. Hucusque vixiſti inter homines animales neſcientes ea quæ ſunt Spiritus Dei: tempus eſt, vt conuertaris ad legem ſpiritualem, qui circumciditur quod eſt carnale & terrenum, & viuit, quod ſpirituale eſt, non circumciſione manufacta, ſed operatione gratiæ meæ, qua exiuit vetuſtas Adæ, & induitur nouus homo, qui ſecundum Deum creatus eſt. Si feceris hæc, fili chariſſime, auferam à te cor lapideum, & conuerſione mirabili, dabo tibi cor carneum cui imprimatur formoſa valde imago mea.

*De conſideratione conuerſationis Chriſti
ante paſſionem.*

CAP. XXV.

SI conſiderares, fili, vt deberes tempus illud, quo à pueritia vſque ad paſſionem

nem meam vixi inter mortales filios Adæ, non esses ad eò durus, & ingratus diuinæ bonitati, & misericordiæ meæ. Paucè certè scripserunt Euangelistæ de conuersatione mea in abscondito tempore illo: sed nemo est inter illuminatos seruos meos, qui non credat & cogitet magna mysteria latere ibi, quæ ego soleo aperire amicis charissimis suspirantibus ad me. Et quamuis tu videaris nolle numerari inter charissimos, cum sequaris deos alienos desideriorum tuorum; ego tamè propter me ipsum, & propter salutem quoque tuam mitto tibi inspirationes varias, vt recorderis mei, & consideres mansuetudinem, & humilitatem meam, quæ lucet in silentio triginta annorum, quibus tacui propter te, Dic mihi, fili, quid tibi videtur de filio Altissimi per tot annos in terra conuersantis, & nihil mundanum quærentis, sed viuentis inter peccatores, & occultantis infinitam magnitudinem suam? Quid dicis de Maiestate vnigeniti filij Dei obedientis pauperi fabro, qui putabatur pater eius? Quid sentis de humili veste, de victu parco, de domo communi, in qua habitauit sublimissimus Creator, cum paupericulis creaturis eius? Quomodo non cogitas silentium Verbi Dei,

per

per t
dent
puta
state
& h
suo?
nis n
dare
ita v
ctior
quod
fueri
cord
Væ t
emp
tem.
Ego
quæ
lenti
fui f
tu o
præ
dien
ram
Qui
stru
fili,
pro
uia

per tot annos, non loquentis, sed abscondentis altissimam Sapientiam suam? An putas, quia non poteram venire in Maiestate, cum multis exercitibus Angelorū, & hominum seruientium magno Regi suo? Poteram certe, fili, sed filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare, & dare pretiosissimam animā suā pro te, ita vt conuersatio eius esset schola instructionis tuæ. Nunc autem mirabile est, quòd cum ego fecerim tot bona & passus fuerim tot mala propter te, sis adeò dur^o corde, vt nolis ad pœnitentiam emolliri. Væ tibi, fili, quàm longe discrepas ab exemplari tuo! Ego elegi summam egestatem, & tu quæris diuitias innumerabiles, Ego elegi humilem conuersationem, tu quæris altior alijs apparere. Ego elegi silentium, tu delectaris loquacitate. Ego fui subditus matri & putatiuo patri meo, tu odisti obedientiam Superiorum, quos præposui tibi. Ego vacauit orationi per diem, & noctem, tu vix per dimidiam horam cogitas de æterna salute animæ tuæ. Quid est hoc? Vsq̄ quò fugies me magistrum & custodem tuum? Desine iam, fili, delirare, & perdere animam tuam, pro qua laboraui in terra deserta, & in uia; vbi non erat charitatis habitatio &

D

con

conuerrere ad me, in quo habes redemptionem, & remissionem peccatorum, & spem hereditatis, quæ veris poenitentibus, seruat in cœlis. Rumpere iam catenas occasionum, quibus ligatus es, & respira ad libertatem filiorum Dei dignam pretio sanguinis mei. Ne timeas me tanquàm durum dominum, qui peccasti, & conscientia tibi dicat, te supplicio dignum esse: Ego enim parcam tibi, & statim accursaueris ad me, omnium iniquitatum tuarum non recordabor. Veni citò, fili charissime, accelera vt reconcilieris mihi, & delectabor ego fructu mitissimæ conuersationis meæ; doceboque te in abscondito, suauissimam disciplinam meam, qua fies particeps tenerrimi cordis mei.

De consideratione predicationis Christi.

CAP. XXVI.

NImis stultè agis, fili, cum queris magistros prurientes auribus, qui prophetent ad beneplacitum tuum, & auertis

all-

temp
n, &
tenti
cate
& re
gnam
e tan
sti, &
dignū
tim ac
tatum
itò, fili
s mibi
e con
in ab
n me
cordis

auditum à veritate mea, quæ corda casta
delectat. Certè ignitum est eloquium
meum vehementer, vt notauit Dauid ser
uus meus, qui toto corde dilexit illud.
Ego prædicaui mundo veritatem, neque
peperi laboribus, & sudoribus, vt erudi
rem principes terræ, & senes eius pru
dentiam docerem. Palam apparui illis,
qui me non interrogabant, annuntians
eis vitam æternam, & annum remissio
nis, vt pinguescerent deserta sæculorum,
& campi replerentur vbertate. Clamaui,
præ sensu, & desiderio salutis tuæ, sua
dens tibi emere à me aurum ignitum cha
ritatis meæ, vt fieres diues inter omnes
orientales: & tamen plus placent tibi fa
bulæ, & mendacia peccatorum, quam vi
ui, & molliti sermones Redemptoris tui.
O ingrata, & stulte nimis fili Adæ,
quomodo non aperis aures cordis dul
cissimis & efficacissimis verbis meis?
Recordare mei, quando in die ma
gno festiuitatis clamaui: Si quis sitit
veniat ad me, & bibat, & quando qui
dem sitis vexat te, bibe iam, & refrigerare,
vt fiat in te fons aquæ salientis in vitam
æternam. Recordare, fili, quid fecerim
ego in cordibus auditorum qui senserunt

Chri

eis ma
ui pro
auertis
all

virtutem prædicationis meæ, & erudire,
 vt fias similis eis. Certè multi dixerunt:
 Nunquam sic locutus est homo: senserunt
 enim fortissimam veritatem, & vocem
 Domini confringentis cedros superborum,
 & humilia corda consolantis. Sed tu, fili,
 aliter sentire videris, cum illis, qui dixe-
 runt, durus est hic sermo. Si enim non ita
 esset, non curreres tam velociter ad sola-
 ria mundi affectus tædio scholæ meæ.
 Verumtamen satis est, quod hætenus ob-
 turaueris aures tuas, ne verba mea pene-
 trarent crudelia viscera tua: humilia-
 re nunc, & conuertere ad præceptorem
 vitæ tuæ, cuius dulcissimis verbis saxa mo-
 uentur. Ego qui publicè prædicaui, dum
 essem inter mortales, prædabo tibi ad
 aures cordis, & Euangelizabo remissionem
 delictorum, & spem firmissimam inceden-
 tem vsque ad interiora velaminis, quo
 velatur diuinitas mea. Et dabo tibi cor sa-
 piens, & intelligens, si acquiescas sermo-
 nibus meis, quos percipies in sibilo aura-
 lenis, quando remotus ab occasionibus,
 & negotijs sæculi, clamaueris ad me. Fac
 ergo fideliter, fili mi, aperiens mihi
 portas cordis tui, recipiens, conferens,
 & conseruans in eo castissimam doctri-
 nam meam, sicut thesaurum pretij
 in-

inc
 tia
 pul
 luto
 mo
 qua
 cau
 qui
 uiff
 diti
 run
 cru
 tis,
 Hæ
 dio
 mu
 hæ
 Hæ
 per
 me

De

C

me
 &

in-

incomparabilis, pro quo omnis substantia terrena iuste venderetur. Excutere de puluere, quo excæcatus es fili: exurge à luto fecis, in quo iaces: resuscitare iam à morte peccati ad fortissimam vocem meam, qua te, sicut Lazarum à monumento, vocavi. Hæc est eruditio vitæ æternæ, quam qui secuti sunt, collegerunt fructus suavissimos prædicationis meæ. Hæc est eruditio, quam segregavi hæreditati amicorum meorum, qui purgatis auribus audierunt me, & conuicti fortitudine veritatis, obseruauerunt fidelia mandata mea. Hæc est eruditio fortium Israel, qui gladio verbi mei absciderunt carnalia, & mundana desideria & totis visceribus adhæserunt mihi, vnico bono, & solatio suo. Hæc cogita, fili, & reuerte ad me de via, per quam errasti: lactaboque te puro lacte melle dulcioris eloquij mei.

De consideratione nostræ redemptionis.

CAP. XXVIII.

Qui attentè considerat mysterium redemptionis, quæ est in sanguine meo, fili charissime facile compungitur & mouetur ad agendam veram poenitentiam.

tiam peccatorum, & ad dealbandam stolam suam in sanguine Agni immaculati, qui pro peccatoribus occisus est. Res enim admirabilis, & ad conuertenda corda efficax est, quòd Altissimi Dei Filius, æterno consilio, descenderit, ad quærendum peccatorem, qui perierat, per famem, & sitim, calorem & frigus, dolores & persecutiones, impropria & mortem amarissimam. Quis enim vnquam audiuit talia, quòd vnigenitus æterni Patris traderetur ad mortem pro vilissimo, & ingrattissimo seruo, qui præuaricatus est purissimam legem testamenti eius? Certè in hoc commendauit Pater meus inæstimabilem charitatem, & bonitatem suam, quòd cum peccator esses, fili charissime, gratis tradidit me dilectissimum filium suum pro te, vt ligaret animam tuam vinculo dilectionis meæ. Visus sum inter homines, quasi peregrinus, & viator declinans ad manendum, abscondita diuina Maiestate mea, vt perficerem opus redemptionis tuæ, data substantia domus meæ. Angeli mei mirati sunt valdè, scientes infinitam altitudinem meam, & stupentes quomodo descendi ad labores terræ, quam dedi filiis hominum, qui dereliquerunt me. Poteram ego, sine tanto

sum

sum
face
qui
ope
rissi
pro
gita
sua
lau
me
ro p
bus
par
tio
adu
nit
tan
me
fili
cor
tin
V
pe
na
est
leu
re
tè
fir

sumptu afflictionum, & irrisionum, saluā
 facere dilectam animam tuam : & tamē,
 quia dilexi te vsque in finem, volui talia
 operari in medio terrę, quæ possent du-
 rissimos lapides mouere. Et hæc ratio est,
 propter quam illuminati serui mei reco-
 gitantes adinventiones redemptionis
 suæ, non fatiantur offerre mihi sacrificia
 laudis, & cantare antiquas misericordias
 meas. Ex quo enim egressus sum de vte-
 ro purissimæ genitricis meæ, ineffabili-
 bus modis quæsiui salutem tuam, non
 parcens vitę meæ, quæ omni pretio pre-
 tiosior est. Et tamen mirum est, quòd
 aduersus omnes leges gratitudinis, pro
 nihilo, vendis animam tuam, quam ego
 tanti feci, vt pro illa tradiderim vitam
 meam. Incredibilis videtur cæcitas hæc,
 fili, qua excæcatum, & aggrauatum est
 cor tuū, quasi non esses vnct^o oleo, & per-
 tineres ad regale sacerdotiū populi mei.
 Vsquequò inquinabis animā tuā sordib^o
 peccatorū, quæ multiplicantur sicut are-
 na maris? Considera pretium, quo empta
 est, & videbis rem detestabilem esse, tam
 leuib^o causis, deformare illam, & incur-
 rere, cum filijs Agar, durissimam seruitu-
 tē peccati, mortis, & inferni, quò velocif-
 simè curris. Immorare paululū, fili velox

ad perditionem tuam, Immorare, & audi
 ignea verba mea, vt resipiscas, & fias
 particeps redemptionis meæ. Nunquid
 in æternum peccabis, neque cessabis re-
 pugnare diuinis inspirationib⁹ meis, que
 descendunt in animam tuam, sicut stilli-
 cidia stillantia super terram? Nouissima
 hora est, præteritque figura mundi citius,
 quàm vellet inordinatus appetitus tuus:
 atque ideò citò euanescent illicita gau-
 dia, quibus contra legem meam delecta-
 ris. Conuertere ergo, fili, ad mitissimum
 Redemptorem tuum, & abluere balneo
 sanguinis mei, vt appareas in conspectu
 dulcissimæ Ierusalem sponsæ meæ, for-
 mosior quàm omnes pueri, qui bibunt
 de calicibus Regis Babylonis: & ego scri-
 bam te inter dilectissimos amicos meos.

*De consideratione Passionis Christi in
 communi.*

CAP. XXVIII.

Mirabilis fuit, charissime fili, conuer-
 satio mea cum hominibus, quando
 per experientiam laborum hominum
 quæsiui te: sed summa admiratio debe-
 tur passioni meæ, quæ vniuersas creatu-
 ras

audias
quid
s re-
que
tilli-
ima
tius,
uus:
gau-
e ta-
um
neo
ectu
for-
unt
scri-
eos.

i 118

uer-
ndo
um
ebe-
atu-
ras

ras deberet commouere. Ego Deus impassibilis ex magnitudine charitatis factus homo passibilis, pertuli multa mala, ab illis, quibus feci immensa bona, ut scirent homines se habere Pontificem, tentatum per omnia, & conformarentur exemplari suo. Hęc est meditatio iustorum, quorum corda liquefcunt intima compassione dolorum meorum, & animantur ad custodiendas vias duras. Hoc est prodigium, quod inflammat fideles seruos meos stupentes, quomodo immortalis Deus inuenit modum admirabilem, quo mortem pateretur. Hoc est mare magnum & spatiosum valde, vbi sapientes serui mei merguntur vsque ad abyssos, mirantes quomodo altitudo diuini consilij elegit modum saluandi homines, qui nunquam satis cognitus est à mundi sapientibus, & prudentibus, sed reuelatus est paruulis, ut non gloriatur omnis caro coram Creatore suo. Quis vnquam cogitasset, fili, me mundi Dominum, & Regē æternum, cui seruit omnis creatura, in tantam abiectiōem descensurum, ut creaturæ meæ furore infernali incitatae iniicerent in me manus violentas, & fremerent cōtra me dentib⁹ suis? Cui homini vnquam in mentem venire potuit, de-

finito tempore passionis meæ, in ciuitate
 primogenita Ierusalem, causam meam
 mortis agendam esse in tribunalibus pec-
 catorum: Quis vnquam dixisset, futurum
 diem, quo populus furiosus clamaret ad-
 uersus Deum suum & postularet mor-
 tem eius à quo vitam accepit? Mirum est,
 quomodo passionis meæ consideratio
 negligatur à te, fili dilectissime, qui duri-
 or petris videris, currens post mundana
 desideria tua. Nunquid ferre potes auer-
 sionem tuam, dum audis, in Euangelio
 meo, ignitos sermones, & flammam resul-
 tantes ex historia passionis, & mortis
 meæ? Maior effecta est iniquitas tua,
 quàm gentilium, quibus non est reuelatum
 mysterium Passionis Filij Dei: nesci-
 unt enim, quid fecerim ego: Tu verò qui
 credis casta eloquia mea, & remurmurante
 conscientia, fugis me, excusationem non
 habes de intolerabili ingratitude tua. Re-
 uertere ergo fili, ad me patientem pro
 salute æterna animæ tuæ: & ne graueris
 fieri particeps dolorum meorum per veram
 cōuersionem, & dignam poenitentiam
 delictorum tuorum, vt fias confors resur-
 rectionis, & immortalitatis meæ. Recordare
 ciuium Ierusalem, quam dilexi, quomodo
 immemores beneficio-

rum

rum
 one
 Et r
 patie
 tis r
 tem
 tua
 brio
 Si fi
 lio c
 crifi
 deli

Deo

f

V

con
 lex
 cat
 tua
 tua
 mo
 in
 qu
 &

rum insurrexerunt contra me, & quasi leones cucurrerunt ad prædam vitæ meæ. Et repræsentabitur tibi imago filij Dei patientis, & morientis pro te, atque emētis magno pretio charissimam libertatem tuam. Et commouebuntur viscera tua ad spectaculum dolorum, & opprobriorum, quib⁹ scis te fuisse redemptum. Si fideliter feceris hæc, & mutato consilio conuersus fueris ad me, odorabor sacrificium cordis tui, & amabo te quasi fidelissimum seruum, & amicum meum.

De consideratione causæ Passionis Christi.

CAP. XXIX.

VTinam cogitares, fili, causam acerbissimæ passionis meæ, vt motus consideratione tantæ charitatis, qua dilexi te, desineres iam multiplicare peccata, & perdere pretiosam valde animam tuam. Ego certè non propter merita tua, neque ad instantiam tuam, sed motu proprio infinitæ bonitatis meæ, in charitate perpetua te dilexi, ideoque attrahere te curo miserans tui, & auertere te à mortali plaga delictorum.

rū tuorū. Ab æterno decreui visitare te, cū
 essem in sinu æterni Patris mei, & exina-
 niui meipsum formam serui accipiens, ut
 eleuarē te ad formam Dei, & efficerem
 consortem hæreditatis meæ, Hęc est cau-
 sa illa passionis meæ, quæ te plurimum
 mouere deberet ad compunctionē, & ad-
 mirationem inæstimabilis amoris mei.
 Tu verò, fili, parum curas æternam dile-
 ctionem hanc, sed agis mecum tam infide-
 liter, ac si ego semper fuisset inimicus
 tuus. Mirum est, quomodo possunt ferre
 viscera tua tantam vim ineffabilis mise-
 ricordia meæ, sine sensu contritionis.
 Certe per hoc patet, te esse nimis proter-
 uum, & repugnare pertinaciter inspirati-
 onibus meis, quibus illumino te. Verum
 si æterna charitas mea te non mouet, cō-
 sidera saltem quid causæ habuerint ho-
 mines, ad procurandam passionem, &
 mortem, quam pertuli pro te: & videbis
 magnitudinem malitiæ, & duritię tuæ,
 quæ crescit ex cōparatione amoris mei.
 Certè si rogasses Pharissæos, & alios ini-
 micos meos qua de causa coniurauerint
 aduersus innocentiam meam, & abstule-
 rint me de terra; respondebunt, quod di-
 xerunt in concilio suo: Quid facimus,
 quia hic homo multa signa facit, si dimit-
 timus

timus

timus eum sic, omnes credent in eum. Ecce fili causam, quam inuenerunt hostes mei ad crucifigendum me. Feci eis multa bona, sanauī aegrotos eorum, mundauī leprosos ipsorum, suscitauī mortuos illorum, & infinita mansuetudine tolerauī odium eorum: & tamen ipsi putauerunt expedire sibi tollere me de terra, propter signa hęc, quę in medio illorum operabar. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Vide ergo, fili, ad quantam calamitatem descenderim causa salutis tuę, vt ab illis peiora mala ferrem, quibus meliora bona contuleram. Quod si neque ratio hęc mouet auersam animam tuam, cōsidera saltem, quę causa passionis meę fuerit ex parte tui, & inuenies grauiā delicta, quibus prouocasti iram Clementissimi Patris mei. Et certē incredibilis duritia videtur, quod cū scias te nō meruisse misericordiam, quam feci tibi, sed iram, qua te perderem in gehennam, perseueres tot diebus in a- uersione, & inimicitia mea. Quomodo in tantum excecatus es, fili, vt manifestissimam lucem non aspicias, & fortissimę veritati repugnes? O fili Adę, quā longē recedis ā salute tua, dum resistis dulcissimę bonitati meę! Cesset iam, fili, insa-

nia hæc, quam qui audierit, obstupescet super cæcitate tua. Satis luctatus es cum misericordia mea: cede iam mihi cupienti victoriam hanc, qua exultabit tota Ierusalem sponsa mea, & amantissima mater tua. Ego nihil meriti inueni in te, propter quod te redimerem, sed inueni peccata tua, quæ respexi ex magnitudine misericordiæ meæ: Vtere ergo liberalitate hac & conuertere infirmus ad benignissimum medicum tuum, cæcus ad purissimum lumen oculorum tuorum, filius alienus ad patrem tuum. Ego suscipiam te extensis brachijs, & ereptum de miserimo statu inimicitiae meæ, traducam te ad hæreditatem filiorum Dei, quorum nomina scripta sunt in libro vitalissimæ vitæ meæ.

De consideratione capturæ Christi.

CAP. XXX.

Mirabilia valdè sunt mysteria passionis meæ, fili, quæ si mutata voluntate considerares, anima tua per gratiam meam adhæreret mihi, & in æternum nollet à me recedere. Tu propter multa, & graua peccata, quibus prouocasti indigna

dignationem meam, merueras capi à lupis infernalibus, & ligatis manibus, & pedibus mitti in tenebras exteriores, quæ sunt extra me, qui habito lucem inaccessibilem: & tamen ego vera libertas filiorum Dei captus, & ligatus fui, propter peccata tua, indignissimis modis, qui nulla ratione decebant Maiestatem Unigeniti filij Dei. Quis erit sapiens, & considerans hæc, ut intelligat misericordias Domini? Utinam fili charissime, euigilares à somno, quo dormis in causa salutis tuæ, & quasi ex loco abscondito videres, quid passus fuerim in captura mea, ut emerem pretio magno libertatem tuam! Sed cæcitas mentis, quam incurristi peccando, nō sint te purgatis oculis aspicere altitudinē consilij diuini in furore inimicorum meorum, qui tanquam canes famelici irruerunt super me. O quantus furor, quàm feroces animi, quàm proterua corda cucurrerunt aduersus mansuetissimum Agnum Dei, qui venerat in ciuitatē Sacerdotale, ut immolaretur pro te! Nunquid fieri potest, fili, ut recordari nolis noctis illius, qua post sudorem sanguinis pro te fusi, latrones illi crudeles rapuerunt me desideratam valde prædam suam, clamantes, & exultantes sicut exultant victores capta

pta

pta præda, quando diuidunt spolia? Ne sis adeò durus corde, fili, sed memor esto mei, & iudica quantum amoris, & gratitudinis debeas tenerrimo cordi meo. Tanta enim est euidentia misericordiæ & bonitatis, quæ resplenduit nocte illa, quando traditus sum in manus peccatorum, vt quantumuis cæcus sis, non possis iudicare aliud, quàm te durissimum esse super filicem, qui non mouearis infinita patientia, & mansuetudine mea. Nonne consideras, quomodo Iudas domesticus meus, quem dilexi, & honorauit inter Apostolos meos, accessit ad me conscius humillime conuersationis meæ: & non solum non repuli illum, sed dulcissimis verbis, quæ saxa mollirent, respondi ei? Certè ibi palam ostendi amorem infinitum, quo diligo peccatores quamuis blasphema-uerint, & vendiderint me. Cùm ergo tu, fili dilectissime, scias me promptissimo corde paratum esse recipere te, licet grauissime peccaueris; quomodo non mitescis, & conuerteris ad me saltem ob infinitam benignitatem meam? Quomodo manere potes, vel nocte vna in statu inimicitiae meæ pugnans contra mansuetudinem filij Dei? Desiste ergo, amice charissime, ab hac stultitia, qua dānas animā tuam;

tuam;

tuam: & reconciliare mihi, vt numerem te inter seruos meos fideles in omni domo mea, qui timent separari à me vero refrigerio suo. Conuertere aliquando ad redemptorem tuum captum pro te à feris inimicis eius, qui quæsierunt memoriam eius tollere de terra viuentium. Tempus breue est, & dies inclinat ad occasum: festina igitur antequã veniat nox tenebrosa cooperta mortis caligine in qua peccatores lugebunt in æternum, pro breui dissolutione, & vanissima lætitia præsentis vitæ. Sine, fili, vt capiam te, & ligem funibus charitatis meæ, qui pro te ligatus fui & intima conuersione cordis prope- ra ad suauissimam familiaritatem meam.

*De consideratione presentationis Christi
ante Iudices.*

CAP. XXXI.

CAusa mea, fili dilectissime, tanquam hominis impij causa iudicata est, & (quod est mirabile) Iudex equissimus omnium creaturarum ab iniquis iudicibus reprobatus est. Merebaris tu non solum seuerè iudicari, sed in æternum damnari, propter turpissimas abominationes tuas,
quibus

quibus præuaricatus es immaculatam legem meam: & tamen, copiosissima misericordia, ego pro te coram Iudicibus presentatus, accusatus, & reprehensus fui. Ex quo apparere potest duritia tua, qui viuis, quasi nihil morte dignum egeris, & expectaris de die in diem, si fortè poenitentiam agas, neque venit tibi in mentem, quod pro salute tua coram Iudicibus ciuitatis meæ Ierusalem passus sum. Ego certè sum Altissimi Dei filius, cui non est rapina, sed natura, esse æqualem Deo: & tamen quasi blasphemus reputatus, & accusatus sum, quia me Dei filium esse prædicauit. Ego sum ipsa Dei sapientia, quæ cum Patre meo, omnia composui, & ordinaui in numero, pondere, & mensura: & tamen indutus veste alba, quasi stultus irrisus fui, vt te ad Dei sapientiam, quam perdideras, reuocarem. Ego sum ipse candor & innocentia diuina: & tamen, quasi publicus peccator, indignissime tractatus sum. Quid ergo dicit tibi conscientia propria fili, quādo legis hæc, quæ mitissime toleraui pro æterna salute tua? Nunquid ferre potes magnitudinem bonitatis, & misericordiæ meæ, sine compunctione, & lachrymis innumerabilibus? Quid sensisses, si per urbem regiam

gia
acc
pot
fan
si v
bus
inf
na
qu
vir
do
liff
un
tri
im
sta
m
vir
fu
m
er
sta
eff
ce
fe
&
qu
tip
pr

giam

giam me trahi vidisses, & audisses falsas
accusationes, & latrones illos constanter
postulantes me, ad affligendam pretio-
sam valde animam meam? Quid fecisses,
si vidisses ictus, & alapas & sputa qui-
bus facies filij Dei deformata est, vt ad
infamam abiectionem descenderet, & fa-
naret superbiam tuam? O fili Adæ,
quomodo resistis fortissimæ gratiæ, &
virtuti meæ? Mirabile videtur, quomo-
do ad recordationem historiæ huius fide-
lissimæ, non resoluitur glacies tua, & flu-
unt aquæ expressæ sensu immensæ con-
tritionis! Utinam imprimeretur tibi, fili,
imago mitissimi, & modestissimi filij Dei
stantis coram ludicibus iniquis, vt com-
mouerentur viscera tua? Certè Pilatus,
vir mundo seruiens, non potuit sibi per-
suadere veras esse imputationes illas ini-
micorum meorum: & institit valde, vt
eriperet me de faucibus luporum, qui a-
stabant, vt deuorarent me. Et mirum
est, quòd vir incredulus conuictus inno-
centiæ meæ testimonio publicè dixerit,
se nullam in me causam mortis inuenire:
& tu credens me esse verum Deum, in
quem culpa cadere non potest, mul-
tiplicando peccata iterum crucifigas me.
profecto, fili, quantum in te est, iterum

me

me crucifigis, & quasi denuò coram iudicibus incredulis me præsentas, vt moriar: & tamen ego omnia hæc patienter fero, expectans conuersionem tuam, & dignã pœnitentiam, qua eripiaris à rigore iudicij mei. Reuertere ergo, fili charissime ad amicum tuũ de auersione, & malitia tua, quæ te trahit ad interitum: & ego liberabo te in extremo iudicio, in quo disceptabo cum accusatoribus, irrisoribus, & crucifixoribus meis. Festina, vt eripiaris ab ira ventura, & reparare cura ruinas animę tuę in agone mortis positę, antequam fiat insanabilis fractura tua. Ego inuito te, dum tempus est miserendi: curte velociter ad thronum gratiæ meæ, vt facilitate parcendi delecteris, & viuas inter dilectos amicos meos in medio Ierusalem sponsæ meæ.

De consideratione flagellationis Christi.

CAP. XXXII.

Nimis grauitè, & multipliciter peccasti, fili, & ego egi austeram pœnitentiam pro te. Ego sic vixi inter homines, vt quamuis haberem crudelissimos inimicos, & calumniatores, nemo tamen

potu-

potuerit arguere me de peccato: & tamen quasi malefactor vita indignus, dirissime flagellatus fui. Caro illa innocens, è purissimo sanguine, dulcissimæ Genitricis meæ, Spiritus Sancti virtute formata, cõsumpta fuit diris verberibus eorum qui oderunt me, qui sine misericordia quæsierunt perdere pretiosissimam vitam meã. Utinam, fili, conciperes, dum peccare cogitas, figuram Filij Dei ligati ad columnam, verecundi, & tacentis, & infinita mansuetudine tolerantis ictus flagellantium, qui multiplicati sunt, velut arena quæ iacet in littore maris! Utinam appenderentur in statera peccata filiorum Adg, & calamitas quam sine culpa pertuli nudus, & expositus furori inimicorum meorum! quasi arena maris hæc grauior appareret. O quàm iuste damnaberis, si toto corde non fueris conuersus ad me! Tot testes habebis accusantes conscientiam tuam, quot flagellorum ictus affixerunt animam meam. Propter quod, interim dum dies est, age pœnitentiam, fili, neque perseueres, multiplicare delicta super capillos capitis tui. Ne pugnes contra Redemptorem tuum ligatum, & flagellatũ propter te: nam crudelitas hæc indigna est homine Christiano, qualem gratis te feci.

feci. Intuere exemplar tuum, vt discas cō-
 pungi, & ad compassionem tantæ cala-
 mitatis commoueri. Cogita quid dixisset
 tibi conscientia propria, si affuisses in eo
 loco, vbi castigatio mea fuit. Certè acutis-
 simo stimulo punxisset te intuentem car-
 nem meam laceratam, & consumptam,
 & sanguinem meum fluentem, donec
 carnifices mei fatigati, licet non saturati,
 quiescerent. Nunc verò quamuis passio
 mea iam transierit, expedit tibi, fili, illam
 quasi præsentem cogitare, vt imprimatur
 visceribus tuis, & quiescas ab iniquitate,
 quam operaris. Profectò crudeles ministri
 iudicis iniusti timentis, & honorantis
 Cæsarem magis quam Deum, exercue-
 runt furorem, quasi canes rabidi, quos fa-
 mes in rabiem impulisset. Non mouit il-
 los Agnus Dei, qui coram se tondentibus
 illum, obmutuit, & non aperuit os suum,
 Non pepercerunt filio Dei prostrato, cum
 tamen feræ soleant prostratis parcere:
 sed postquam fatigati sunt, me exhaustū,
 & horribili deformatione laniatum reli-
 querunt. Quid est hoc? Usquequò pecca-
 tor curret erecto collo aduersus patienti-
 am vnigeniti filij Dei? Quomodò lapi-
 des non clamant, & omnis creatura non
 postulat feruentissimis vocibus vindictā

ingra-

ingr
 ratu
 ni m
 scas
 mih
 rum
 ran
 ti su
 mea
 cor
 res t
 sua
 run
 supe
 nor
 redi
 fou
 quā
 vid
 per
 est
 iect
 rum
 nā
 abs
 qu
 uer

is cō-
cala-
xisset
in eo
cutif-
a car-
tam,
onec
rati,
passio
illam
natur
itate,
nini-
antis
cuc-
os fa-
uit il-
tibus
uum,
, cum
cere:
ustū,
reli-
ecca-
enti-
lapi-
non
dictā
ogra-

ingrati-
tudin-
is, qua
cor pec-
catoris
obdu-
ratum
est? Con-
sidera,
fili, rem
istam om-
ni mundi
pondere
grauio-
rem, ut
resipi-
scas, &
intima
conuer-
sione sa-
tisfacias
mihi, an-
tequam
impleatur
numerus
dierum,
quibus
permitto
te viue-
re super
terram.
Certè san-
cti mei,
qui contem-
plati sunt
amarissi-
ma specta-
cula pas-
sionis
meæ, quam-
uis non
reprehenderet
illos cor
ipsorum
de graui-
bus delictis,
memo-
res tamen
flagellati-
onis meæ,
corpora
sua lacerare
ferreis
flagellis
consueue-
runt: &
tamen tu,
qui peccata
commisisti
super
numerum
stellarum,
non solum
non castigas
corpus
tuum, &
in seruitutē
redigis,
sed contra
legem
meam
nutris, &
foues
illud,
diligens
carnem
tuam,
plus-
quam
me. Re-
uertere
ergo
fili, ad
cor, &
vide
quid
agas:
attende,
&
considera
opera
mitissimi
Redemptoris
tui, qui
factus
est
opprobrium
hominū,
&
postrema
abiectionis
plebis.
Dirumpe
vincula
peccatorum,
&
accede
ad me
alligatum
columnæ,
non ut
ligeris
ad
supplicium,
sed ut
absoluaris
ad
immensum
refrigerium,
quod
inuenies
in
desiderata
valde
con-
uersione
tua.

De

De consideratione coronationis Christi.

CAP. XXXIII.

COR tuum, fili, in dies singulos magis frigescit, & obduratur, quia non recordaris impropria, & tormenta mea. Fugis occasiones patiendi aliquid propter peccata tua, & sequeris toto corde vana desideria honoris, & commoditatis, ut sis inimicus crucis meæ. Ego certè non sic feci, quando operatus sum salutem tuam in medio terræ: Sed quæsiui occasiones, quibus iniurias, & dolores ferrem propter te. Quod facile videbis, si velis considerare spectaculum coronationis meæ. Talis quippe corona, quæ sic cruciaret, & inhonoraret, non est audita in historijs regum terrenorum, sed inuenta à crudelibus inimicis meis, & accepta ab infinita mansuetudine mea. Si scires, fili, quàm horribilem pœnam passus fuerim, cum spinæ illæ penetrarent caput digito Dei compositum, & ad seruanda Dei secreta destinatum; non esses adeò ferus, ut compassione non mansuesceres. Quòd si cum dolore acutissimo coniungas irrisiones, & impropria Regis per iocum coronati; iudicabis, me descendisse ad abyssos pœnarum, & opprobriorum, ita ut amplius non possem

sem

sem descendere. Puteus hic altus est. Vtinam, fili, cogitares aliquando causam meam, quæ directa est ad conuersionem, & æternam salutem tuam! Rogo te, quid causæ habuerunt latrones illi, vt me circumdatum doloribus mortis irriderent? Nunquid opera, quæ egi feci, tam vilia fuerunt, vt oporteret insultare mihi, quasi ridiculo Regi Iudæorum? Quare vilissimi peccatores tam dirè contempserunt Dei filium, qui opera mirabilia paulò ante fecerat stupentibus turbis? Profectò, fili, si rectè consideres, inuenies dolores, & irrisiones non benè respondere mirabilibus operibus meis, sed grauissimis peccatis, & abominationibus tuis. Et tamen ego egi pœnitentiam pro te, vt inebriaretur amaritudine anima mea, cuius passione anima tua liberaretur à morte. Quomodò ergo non recordaris mei, sed pro tam inæstimabili misericordia redemptionis tuæ, reddis mihi iniurias, & præuaticationes legis meæ, quibus (quântum in te est) iterum, atque iterum me spinis coronas, & laceras caput meum? Quomodò adeò cæcus es, vt non videas manifestissimam damnationem tuam, dum talia facis aduersus eum, qui pro te talia passus est? Quando incipies aspicere lumen for-

E tissi-

tissimæ veritatis non ambulans ultra in tenebris cum illis, qui diligunt vanitatē, & quærunt vanissimum mendacium? Satis irrisisti me: satis insultasti mihi, fili: muta iam consilium, & cōuertere ad me, vt deleatur macula ingratitude, & emunderis à lepra corruptionis tuæ. Dic intra te: Altissimi Dei filius, quasi esset infamis peccator, ab hominibus vita indignis horrenda corona cruciatus, & illulus fuit, pro me indignissima eius creatura: quomodo ergo potero sine evidenti damnatione illum offendere, & ad irā prouocare? Nunquid non credo eum esse infinitam Maiestatem, magnitudinem, & altitudinem? Credo certè illum esse Dominum rerum omnium, ad cuius nutum columnæ cæli contremiscunt: quomodo igitur ad tantam calamitatem, & opprobrium hominum humiliavit se? Hæc cogita, fili, & sentire cura, vt liquefcant anima tua in adulterio peccati deprehensa, & balneo lachrymarum laueris à sordibus delictorum, quibus inquinatus es. Dissolue iam colligationes iniquitatis, quibus astrictus es: recede à falsis prophetis, qui seducunt te: quære iudicium, & iustitiam: & opportuna pœnitentia salua dilectam animam tuam. Certa bonum

certa-

certa
re po
& pr
ti me
simo

De ce
pa

M

natio
mea
rò ve
cord
titud
pulu
ribili
spect
pulo
te, q
vt cr
face
bus
dis,
fo a
pecc

certamē, quod tibi proponit fides, & cur-
re post me, vt apprehendas vitam æternā,
& pro corona spinea, quæ infixæ est capi-
ti meo, coronabo te diademate pretiosis-
simo in sancta ciuitate mea.

*De consideratione ostensionis Christi ad
populum.*

CAP. XXXIV.

Misericordia mea, fili, superexaltæ
iudicium tuum, quia causa tuæ dā-
nationis ad proportionem miserationū
mearum, quibus copiosè redemi te. Si ve-
rò velis æstimare magnitudinem miseri-
cordiæ, pondera magnitudinem, & mul-
titudinem dolorum, quibus acquisiui po-
pulum meum, cū possem sine tam hor-
ribilibus tormentis redimere illum. Certè
spectaculum, quod Pilatus proposuit po-
pulo furioso dicens, Ecce homo, docebit
te, quid ego passus fuerim: nā si tale fuit,
vt crederet ille incredulus, se posse satis-
facere crudelissimis inimicis postulanti-
bus mortem meam, deberes tu, qui cre-
dis, quis sim ego, satisfacere tibi, vi-
so afflicto Rege tuo, & non multiplicare
peccata, quibus torqueas illum. A sæ-

culo non est visum, neque auditum tale
 spectaculum, tam plenum doloribus, &
 illusionibus: & tamen tu, qui credis maie-
 statem Dei latentem sub improperijs illi-
 non compungeris, neque consideras qui
 fecerint scelera tua. Usquequò patiar te
 fili aliene, qui confiteris ore Deum, facti-
 autem negas? Usquequò multiplicabo
 inspirationes, & pulsabo portas cordis
 tui, nec aperies mihi cupienti requiescenti
 in thalamo anime tuæ? Nunquid possibi-
 le est, quod recorderis mei coram populo
 stantis, & cum Barraba comparati, & con-
 fiteas peccata tua, donec deficient lachry-
 mæ? O fili Adæ, quàm durus, & insensu-
 tus es! Non poterat mundus peius sente-
 re de Salvatore suo, quam hominem
 ditiosum, latronem, & homicidam ante-
 ponendo illi. Quomodo Deus obtexit ca-
 liginem filiam Sion, plebem scilicet suam
 vt propter multas eius præuaricationes
 intantum excæcetur, vt antepone-
 abominabilem peccatorem altissimi Dei
 filio? Mirabile est, fili, quod mundus
 taret expedire sibi me de terra tollere,
 hominem sceleratissimū viuere: per hoc
 enim apparet, quod iudicio mundi pecca-
 tum anteponitur innocentie meæ. Si autem
 tem hoc prodigium mirabile est, vide,

attem

attem
 mun
 lissim
 cas:
 mun
 deat
 eom
 pter
 sine
 nim
 cont
 noru
 temp
 spe f
 nou
 Inci
 quæ
 cere
 plan
 vuln
 vel i
 sum
 Cru
 anca
 me
 sisse
 tra
 terr
 pecc

attentè considera, te quotidie hoc iudiciū
mundi sequi, cum anteponas mihi res vi-
lissimas, & turpissimas, pro quibus pec-
cas: & reuertere ad cor, ne fortè cum hoc
mundo damneris. Neque durum tibi vi-
deatur, fili, relinquere delectationes, &
commoditates tuas, quæ inebriāt te, pro-
pter obseruantiam mandatorum meorū,
sine qua non intratur ad vitam: melius e-
nim & utilius tibi est, modico tempore
contristari ad penitentiam cum spe æter-
norum gaudiorum, quam hoc ipso breui
tempore cum filijs seculi vanè lætari sine
spe future hæreditatis, quàm testamento
novo disposui charissimis electis meis.
Incipe ergo fili, compungi, & animari ad
quærendam salutem tuam, quasi tibi di-
ceretur nunc: Ecce homo. Intuere me à
planta pedis, vsque ad verticem capitis
vulneratum, & expositum misericordiæ,
vel irę tuę: & animaduerte crudele respō-
sum populi ingrati clamantis, Crucifige,
Crucifige: Facta est certè mihi hæreditas
mea, quasi leo in sylua: deditque contra
me vocem suam. Dic ergo, fili, quid sen-
sisses, si audisses vocem illam, quæ pene-
trauit viscera mea, à cuius sonitu cæli &
terra obstupuerunt? Profectò quamuis
peccator esses, credens tamen innocentiam

meam, & tu quoque commotus fuisses admirans feritatem ciuitatis meæ. Si ergo ego innocens iudicio quoque tuo potestulor ad mortem, & tu scis me mori pro te, quomodo audes peccare, & proinde præbere, occasionem, vt moriar, & crucifigat? Væ cordi duro, quod non mouetur ad misericordiam, dum tractatur causa mortis filij Dei! non inueniet misericordiam, dum ego venero iudicare terram. Accipe igitur, fili, consilium meum credens Deo, Redemptori, & Custodi tuo, & peccata tua, intima compunctione dele. Depone sordes, & mores Adæ veteris, quos didicisti sequens legem membrorum, quibus inimicus est purissimus spiritus Dei. & purgato corde, adhære fortissimè castæ, & immaculatæ legi spiritus mei: ego que remunerabor dulcissimis solatijs breuium exercitationem mortalis vitæ tuæ.

De consideratione Christi baiulantis crucem.

CAP. XXXV.

EMisti tibi, charissime fili, quinque iuga bouum, quæ dorsum tuum semper ad terram incuruant, vt ad cælum, vbi

sum

sunt thesauri mei, respirare non possis: &
 ego misertus tui elegi ita redimere te, vt
 ferrem pondera tua. Propter hoc postquã
 ingrati ciues Ierusalem fortissimis cla-
 moribus postulauerunt mortem meam,
 & consensit Pilatus furori eorum, impo-
 sita fuit crux valde grauis humeris meis,
 vt portarem omnia delicta tua in corpo-
 re meo super lignum. Considera ergo,
 quomodo exiuit Altissimi Dei filius ba-
 iulans sibi crucem, spectaculo tristissimo,
 quo ferrea corda mouerentur. O quã
 iustè flere deberes cum filiabus Ierusalem
 sequens vestigia mea, quando exiui, vt
 immolarer pro te, extra portam, quasi es-
 sem indignus habitatione dilectæ ciuita-
 tis meæ. Iam verbera consumpserant car-
 nem meam, & sanguis infiniti pretij riga-
 uerat terram sterilem quæ spinas & tri-
 bulos germinauerat, iam vires deficere
 cœperant præ magnitudine dolorum.
 Et tamen onus graue grauatum est su-
 per me, vt satiaetur crudelitas inimi-
 corum meorum abutentium infinita
 mansuetudine mea. Durus es, fili, qui
 proteruè repugnas misericordijs meis;
 tamen si velles vt decet meditari iter filij
 Dei ascendentis in montem vt morere-
 tur pro te; viscera tua commouerentur, vt
 E 4 aliquan-

aliquando desineres peccare, & sequere-
 ris me. Magna esset felicitas tua, si deside-
 ria carnis, quibus vacas, mutarentur in
 desideria ferendi mecum vitale lignum
 Crucis, usque ad montem visionis, ubi
 visa sunt mirabilia valde prodigia Dei
 Beati, qui portant lignum meum effecti
 socij passionum mearum, nam fient con-
 sortes resurrectionis meae. Beati, qui non
 horrent, sed amant iter montis illius, ubi
 Dei filius cum iniquis reparatus est, qui
 ex ignominia illa elevabuntur ad glori-
 am. Non te frangat, fili, imago tristes Salu-
 toris tui portantis lignum, non cadas
 animo considerans cruce tremantem, & con-
 sumptam vitam meam; haec enim est via
 ligni vitae, quam non inveniunt sapientes,
 prudentes mercatores terrae, sed illi pauci
 electi mei, qui contempserunt leges Me-
 dorum, atque Persarum, & magnificentiam
 am regis Babylonis, ut acquirerent ver-
 solatia, & veras diuitias terrae viventium.
 Hi sunt qui orantes in abscondito multa
 desiderijs, & suspirijs comitantur & la-
 mentantur me; & videntur sibi audire
 strepitum, & clamores militum festinan-
 tium ad mortem meam. Tu verò, fili, se-
 queris consilia eorum, qui relicto me fu-
 gerunt, & quod peius est, non fugis sola
 metu

metu

metu, sed odio passionis, & mortis illius, qua mundus viuit, & sine qua omnes homines morerentur. Propter quod hortor te, reuertaris ad viam, de qua errasti sicut ouis, quæ miserabiliter periit, ne fortè incidas in fauces lupi illius, qui semper insidiatur gregi meo. Resipisce iã ab errore tuo, fili, considerans me ducem viæ, quæ ducit ad vitam: & surge fortiter à somno, in quo iaces: grandis enim tibi restat via. Vide mitem Dei filium circumdatum à canibus cupientibus absorbere sanguinem eius, & ascendentem ad locum sacrificij vespertini, quo Altissimus Pater eius placatus est. Fuge discordias hominũ discrepantium à rectissima volũtate Dei & ascende ad visionem pacis, in locum vbi apparuit arcus fœderis positus inter cælum & terram. Quid ergo moraris fili? Qui times ascensum habens me comitẽ peregrinationis tuæ, & fidelissimum adiutorem, si fortè deficiat virtus tua? Ascēdamus simul, & commoriamur in monte sancto, quem amantissimè respicit clementissimus Pater meus. Sacrificemus holocausta medullata plena dulcissimæ dilectionis, vt mors perdat amaritudinẽ, & rigorem suum. Hæc meditare, fili, & esto fidelis, vt fias particeps redemptionis.

E. s. mea,

mea, & liberatus durissima seruitute peccati, quo grauaris, respices ad priuilegia filiorum Dei, quorum nomina uiuent in sæculum sæculi. Dirumpe uiacula tuorum delictorum, quæ non sinunt te ascendere mecum in montem Caluariæ, ut fruaris suauissimo fructu sanguinis, quem fudi pro salute tua. Tempus nimis breue est, & transeunt dies multi sine fructu, immo cum graui detrimento tuo, quamdiu tardas conuerti ad pretiosissimam amicitiam meam. Curre ergo velociter, & intima poenitentia cordis contriti compensa damnum præteritorum annorum, ut benè tibi sit in nouissimo die. Si sequutus fueris me portantem pondus peccatorum tuorum, ego recipiam te in numerum fidelium amicorum, qui permanserunt mecum in tentationibus meis; quibus datum est, ut post laborem uia, epulentur mecum in amplissimo regno meo.

De consideratione crucifixionis Christi.

CAP. XXXVI.

Postquam crudeles inimici mei cupientes eradere me de terra uiuentium,
perue-

peruenerunt ad montem, ubi Agnus Dei sacrificandus erat, pro salute quoque illorum, qui eum in ligno confixerunt, dici non potest, quam dire cruciauerint me, si forte furor aduersus me excitatus requiesceret. Oporteret filii, te purgatos oculos cordis habere, ut considerares, quæ in monte illo facta sunt. Ego quasi agnus qui portatur ad victimam, tacitus & mansuetus tradidi me ipsum in manus carnificum, ut in lecto illo, quem mihi peccando parasti, reclinarent corpus meum, non ad somnum capiendum, qui fugiebat præ angustia matris ab oculis meis, sed ad acerbissimos dolores, qui pertransierunt animam meam. Non pepercerunt prostrato, sed violentis manibus torserunt carnem, & ossa mea, ut præparata Crucis, tremendo supplicio, aptarent corpus, quod Spiritus sanctus formauerat ad operandam redemptionem tuam. Ibi contumeliæ & dolores mortis, quasi fluctus maris, ceciderunt super me, dum feroces ministri sine sensu misericordiæ clavis confixerunt manus, quæ paulò ante miracula fecerant, & pedes, qui per viam redemptionis ambulauerant: & terribilibus oculis aspexerunt me. Penetrauit horro-

& tormenta innumerabilia, qualia nemo hominum pertulit, illata sunt neruis, & ossibus meis. Ego verò retrosum non abij, sed corpus meum dedi percutientib⁹ & recubui in lecto illo, quem parauerunt peccatores, vt tu copiosè redemptus sine res me reclinari in thalamo cordis tui. Verùm ex hoc apparet te duriozem esse lapidibus, quòd cum scias veritatem hãc, quæ iam toti mundo manifestata est, nõ magis inqueris ad compunctionem, quã si mendacia essent, quæ dirigente Spiritu sancto scripserunt Euangelistę mei. Quid est hoc, fili prodige, qui abijisti in regionẽ longinquam longissimè à gratia, & amicitia mea? Nunquid resistere potes fortitudini veritatis hęc? Quomodo dum credis mysteriam crucis, è qua pependit filius Dei, curris tam velociter per latam viam, quæ ducit ad interitum? Leua oculos cordis tui, & intue, quomodo exaltatur filius hominis à terra, vt fortissimis catenis amoris, & gratitudinis, omnia trahat ad seipsum. Aspice corpus illud pro te in altum eleuatum, cuius aspectu, perturbantur insensibiles etiam creaturæ, & fac, ne sis durior petris, quæ scinduntur, ac si reprehenderet insensibile cor tuum. Mitesce iam peccator fili Adæ,

dum

dum rumpuntur fontes abyssi magnæ, & fluit sanguis meus, quasi aqua magni maris. Recordare quid tunc acciderit, stupente mundo, & ferre non valente mortem creatoris sui, vt mouearis ad sensum compunctionis, & ad abluenda peccata tua in tanta copia pretiosissimi sanguinis filij Dei. Sol obscuratus est, monumenta aperta sunt, & velum templi scissum est ad spectaculum illud: tu solus, fili, videris nolle, moueri, neque considerare quomodo moritur iustus. Cesset ergo singularis duritia, & stultitia hæc, qua peior videris, quam multi, qui cum essent increduli, senserunt in morte mea virtutem Dei, neque defuit, qui diceret: Verè hic homo iustus erat. Tu autem qui credis me, non solum iustum, sed iustificatorem hominum esse, & mori pro iniustis, deberes commoueri ad detestandam iniustitiam, qua crucifigis me, & reddendam mihi confessionem laudis, quæ debetur innocentia filij Dei. Et quidem quamuis omnia alia mysteria passionis meæ non emollirent lapideum cor tuum, hoc tamen vltimum prodigium Saluatoris tui pendentis inter latrones, & inter dolores mortis audientis insultationes amarissimas, deberet conuertere te, &

mutare è grauiſſimo peccatore in virum
caſtum, & ſanctum, vt ſatisfaceres amori
meo. Res enim hæc talis eſt, qualem mū-
dus nunquam vidit, aut ſenſit, & abomi-
nabile peccatum eſt, nolle eam Chriſtia-
no ſenſu cogitare. Quis enim audiuit ta-
lia, qualia Dei Filius in hora ſuprema
pro te paſſus eſt? Quis vnquam præter
me, crucifixus fuit modo tam horribili,
& circumdatus eſt à tot inimicis, qui in-
ſultarent morienti agitantes caput con-
tra illum, vt implerent felle animam e-
ius? An non vides, fili, hæc prodigia, qua
viſa ſunt in monte holocauſti mei, vbi
defuit mihi miſericordia hominum, &
Pater quoque meus propter ſcelus popu-
li ſui percuffit me? Considera me non
habuiſſe adiutorium hominum, & caru-
iſſe omni ſolatio, vt per me conſequere-
ris miſericordiam magnam delectis ini-
quitatibus tuis, & proiectis in profundum
maris: & conuertere ad me, quem inueni-
es, expansis brachijs, expectantem recon-
ciliationem tuam. Quod ſi neque tormē-
ta mea mouent animam tuam proteruè
repugnantem infinitæ bonitati meæ;
mouearis ſaltem dulciſſimis verbis, qui-
bus orauit pro crucifigentibus me, vt be-
ne vterentur ſanguine, quem fundebant.

Moue-

Moueat te mansuetudo mea, quæ domuit orbem non ferro, sed ligno; & affert morienti, atque sitienti, non vinum felle mixtum, sed poculum lachrymarum currentium præ magnitudine compunctionis, quæ nascitur ex consideratione morientis amici tui. Festina, fili, & adhæreat imago mortis meæ visceribus tuis: vt intima conuersione mihi crucifixo configuratus, speres beati ssumum consortium resurrectionis meæ.

De consideratione Resurrectionis Christi.

CAP. XXXVII.

PEccata tua, fili, diuiserunt inter te, & me, qui sum auctor pacis, & nunquam desero amicos meos, nisi ipsi malo consilio derelinquant me. Facta ergo diuisione hac, horres valde consortium Crucis, & Passionis meæ, quia sensus tui, quasi paruuli ratione vti nescientes, ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis: & idcirco quasi captiui tenentur in compedibus occasionum, & deliciarum mundi, duramque timent disciplinam. Et hæc est ratio, propter quam
pense;

perseueras in statu damnationis timens
 conuerti ad participationem dolorū me-
 orum. Si ergo tam durum tibi videtur
 sequi me patientem, & abluentem san-
 guine meo delicta tua, cogita saltem
 statum resurrectionis, & immortalitatis
 meæ, quæ omnes labores ex-
 tenuat, & corroborat animam ad curren-
 dam viam vitæ. Momentaneum, & leue
 tibi videbitur quicquid patieris in breui
 cursu præsentis vitæ, si cum æterno glo-
 riæ pondere comparetur. Considera me
 primogenitum mortuorum cum trium-
 pho mortis, & inferni resurgentem, & vi-
 de corpus illud, quod paulò ante tolera-
 uerat acerbissimos dolores, glorificatum,
 & decoratum suauissima pulchritudine,
 & purissimo splendore, cuius compara-
 tione omnis decor corporum mortaliū
 est deformitas quædam abominabilis. Si
 daretur tibi, fili, in transitu semel intuen-
 candorem illum, & dulcissimam gratiam
 corporis pro te antea crucifixi, traheris
 efficacissimè ad me, saltem propter im-
 mensam consolationem, quam percipe-
 res aspectu meo. Tanta est enim gratia, &
 amabilitas cuiuslibet corporis resurgen-
 tis ad imaginem meam, vt sit inæstima-
 bilis consolatio, & delectatio illud semel
 aspice.

aspicere. Cum ergo status resurrectionis
meæ, plenus infinito decore, & ineffabili
suauitate sit communis omnibus, qui me
imitantur, & fœlici morte mecum requi-
escunt, æquum erit, fili, vt saltem querens
quæ tua sunt, seruias mihi, & toto corde
conuertaris ad me, qui possum corpus tu-
um corruptibile, quod vehemēter amas,
glorificare, & immensis ac innumerabi-
libus delectationibus implere. Considera
rem hęc mirabilem, & supra omnes mū-
di thesauros desiderabilem, & aspiciens
retributionem futuram rumpe vincula
peccatorum, quibus ligatus es; & labora,
cum illis, qui seminant in lachrymis, vt
in exultatione merent. Pretiosior enim
est firma spes mecum resurgendi ad cam-
pos æterno virore ridentes, vbi gustantur
solatia Dei, quàm totius mūdi voluptas,
etiamsi per annos innumerabiles dura-
ret. Amabilior est ciuitas Ierusalem, quæ
sursum est, affluens delitijs Dei, & innixa
super dilectum suum, quàm totius mūdi
honores, & principatus, quos ambitio hu-
mana requirit. Dic mihi, fili Adæ, nun-
quid extinguēs lucem fidei meæ, qua il-
luminauī animam tuam? Nunquid non
credis magnam esse domum Domini, &
ingentem locum possessionis eius? Certè

tu credis minima non solum animæ, sed
etiã vnus glorificati corporis bona ma-
iora esse, quam omnia regna, & imperia
hominum cum omnibus honoribus, opi-
bus, & voluptatibus suis. Quomodo ergo
tam infideliter viuis quam desperaueris
peruenire ad inæstimabilem requiem
meam? Nonne sanius consilium esset,
proiectis idolis peccatorum, quæ adoras,
totis visceribus conuersi ad me Deum,
Redemptorem, & Adiutorem tuum, &
pugnare contra reges Amorrhæos, vt de
terra Aegypti ascenderes ad terram ex-
cellsam promissionis meæ, lacte & melle
manantem? Videt, fili, quid agas: erras e-
nim nimis grauitè malè eligens breuia
solatia mundi, & anteponeus vitam pau-
perem sempiternæ vitæ meæ. Aperi o-
culos cordis, quos clausisti, ne videres
formosissimam lucem meam, quæ corda
casta delectat: & recordare terræ viuen-
tium, cuius campi repleti sunt vbertate.
Certè non est contemnenda tanta pul-
chritudo, vt non meritò pro illa pugnare
debeas. Cogita quid senties, si seruieris
mihi remuneratori tuo, quando victa
morte, resurges, & in hoc ipso corpore,
quod grauat, & affligit animam tuam,
percipies talem mercedem, qualem ocu-
lus

lus

lus non vidit, nec auris audiuit, neque in-
cor hominis ascendit. Quando scilicet
configuratus mihi Regi tuo splende-
bis sicut Sol, & dulcissima gratia decoraberis
inter filios Sion inclytos, & amictos auro
primo. Quid ergo tardas reuerti ad me?
Quid times fili? Auerte iam oculos tuos,
ne videant vanissimam mundi transeun-
tis vanitatem, & eleua illos ad regionem
viuorum: vt spe tantæ amœnitatis Para-
disi mei, moueris ad querendam pacem,
& amicitiam meam. Curre velociter, &
ascende & collige suauissimos fructus
eius.

Iesus Christus Rex Pacificus super-
næ Ierusalem homini pec-
catori salutem.

*Epistola hæc nihil aliud est, quam exhor-
tatio peccatoris, ad agendam pœni-
tentiam.*

CAP. XXXVIII.

1. **C**ONSIDERANS auersionem tuam,
fili charissime; pro quo aduena
fui

fui in terra aliena, quam dedi filijs hominum, qui dereliquerunt me, & cupiēs reducere te de via Assyriorum vbi bibis aquam turbidam, ad viam dulcissimę Ierusalem, vt potem te aqua pura Iordanis, & afferam tibi in estu mundi cęleste refrigerium, mitto tibi multiplices inspirationes, quas scribo in tabula cordis tui digito suauissimi spiritus mei. Tu enim scis, testimonium perhibente tibi conscientia tua, quā sæpè pulsam ostium domus tuę, & illuminem te errantem in tenebris, & vmbra mortis; vt motus magnitudine bonitatis, & misericordię meę, euigiles de somno profundissimo peccati, in quo iaces, & conuertaris ad agendā poenitentiam, & requirendam pretiosissimam amicitiam meam. Nō cessauī diebus multis monere, & secretis instructionibus erudire te vt considerares horrendum periculum, in quo viuis transiurus de hac vita ad flammam, nisi soluas vincula colli tui, & reuertaris ad libertatem filiorum Dei, quorum nomina scripta sunt in libro vitę. Tempus breue est: & ego veniam citò positurus tecum rationem, vt recipias mercedem, si poenitentia egeris, vel tradaris tortoribus, si repugnaueris saluberrimis consilijs meis. Suadeo
ergo

ergo tibi, fili, dum tempus est, operari bonū, & copiosis lachrymis abstergere maculas animæ tuæ: vt appareas in conspectu meo candidus, quasi greges ouium tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, & sterilis non est in eis.

2. Vt verò benedictiones Patris mei descendant super te, quasi super verticem Ioseph, & aspergaris rore coeli, & in pinguedine terræ viuentium sit portio tua; considera, fili dulcissime, qui recessisti à me, quis sim ego, vt cognoscas magnitudinem peccati, & quasi fel draconum exhorreas illud. Ego sum ipsamet altitudo, & maiestas infinita, cui genua flectūt omnes creaturæ, & ad cuius aspectum Seraphim velant facies suas. Ex quo ponderare poteris magnitudinem offensæ, quæ crescit ad proportionem meam. Si enim offensio Principum terræ tanta reputatur, vt nosti, eo quod Principes sint, quid tibi videtur sentiendum de sublimissima maiestate mea? Certè quamuis cæcus sis, quia repulisti lumen cæli, negare tamen non potes grande malum, quod commisisti, quando dereliquisti me; præsertim cum sine estimatione magnitudinis meæ peccaueris factus abominabilis, & inutilis homo, & bibens quasi aquam iniquitatē.

Propter

Propter quod animaduertens errorem tuum, fili mi, deberes prosternere te ante thronum gratiæ meæ, & profundissimis gemitibus quærere mitissimam faciem meam: vt libereris à grandi malo inimicitiae Regis, qui magnificatus est, super omnes reges vniuersæ terræ.

3. Et quidem contemplatio diuinæ maiestatis, quam offendisti, charissime fili, deberet resoluerè glaciem cordis tui, vt fleres, & pœnitentiam ageres delictorum tuorum, quibus prouocasti me, quamuis nullis beneficijs te affecissem. Intolerabilis enim deformitas est displicere infinitæ bonitati, & sapientiæ meæ, licet nihil boni cum creaturis communicarè. Iam verò, cum beneficia mea, quibus ornaui te, sint ad eò magna, & innumerabilia immensè crescit turpitudine tua, fili, dum resistis misericordijs meis. Ferae crudeles mansuescunt beneficijs, vt passim vides, exemplis vrsorum, & leonum, qui quasi canes domestici sequuntur magistros suos, & tu induraris contra me, & pro nihilo ducis admirabilia beneficia mea: Ego sine meritis tuis iustificauit te, & signauit signo Christianæ militiæ meæ. Ego præseruaui te ab innumerabilibus malis culpæ, & pœnæ, quæ incurris-

ses,

ses, r
xiffe
tern
Stan
gera
mot
te fil
corp
to, c
mei
ergo
feci
tissim
um,
erga
me: C
videt
lis re
cam
ad v
4
para
nou
quàn
quær
rum
Dom
ius! C
thesa

tes, nisi secretissima misericordia prote-
xisset te. Ego eripui te à flamma æ-
terna, in qua, nunc arderes non expe-
ctans vel vnā guttam aquæ, qua refri-
geraretur lingua tua, nisi cor meum com-
motum fuisset super infinita calamita-
te filij mei. Ego pavi te suavissimo pastu
corporis mei in Eucharistiæ sacramen-
to, & potavi te flumine viuo sanguinis
mei, vt fieres consanguineus meus. Quid
ergo vltra debui facere tibi, fili, & non
feci? Quid fecit vnquam mater aman-
tissima erga vnigenitum infantulum su-
um, quod ego non fecerim abundantius
erga te, quem dilexi, quamuis tu oderis
me: Quod si beneficia præterita parua tibi
videntur, ego adijciam maiora, vt si tu ve-
lis reconcilier tibi amore nouo, & dedu-
cam te inter iustos meos per vias rectas
ad vberima pascua diuitiæ meæ.

4. O fili Adæ, si scires quid ego præ-
parauerim electis meis, quibus disposui
nouum, & æternum testamentum meum,
quàm forrifer doleres vicem tuam, &
quæres reparare ruinas delictorum tuo-
rum! O Israel, quam magna est domus
Domini, & ingens locus possessionis e-
ius! Omnia mūdi regna, omnes diuitiæ, &
thesauri Principum, omnes delitiæ filio-

rum hominum calamitas, extrema est, si cum requie sempiterna vnus electi comparentur. Cum ergo tu, fili charissime, preuaricando legem meam, non sis possessurus nisi partem aliquam minimam bonorum mundi celeriter transeuntis, quomodo non consideras quanta demerita sit spes æternæ consolationis amittere? nonne melius & vtilius tibi est, spe futuri regni lætari, & parcè vti bonis momentaneis huius sæculi, quàm peruerso consilio solatia præsentia vix gustare, & perpetua luce carere? Certè ratio hæc impleuit claustra monachis, & deserta anachoretis. Hæc est viua, & efficax doctrina fortissimæ veritatis meæ, quæ (nisi esset durior lapidibus) moueret te ad poenitentiam profundissimis suspirijs, & lachrymis redundantem. Desine ergo, fili, seruire peccato, quod tibi clausit ostia vitæ, & inclina cor tuum ad faciendas iustificationes immaculatæ legis meæ, propter inestimabilem, & super aurum desiderabilem retributionem meam.

5. Quòd si retributio infinite suauitatis plena, & fluminis impetus, qui lætificat ciuitatem Dei, non mouet duritiam tuam. Fili dilectissime; considera saltem magnitudinem, & horrorem poenarum

quas
time
tene
quar
ferre
veru
scera
vniu
nius
non
pingt
burat
torm
breui
scenc
ctus
exerc
riffin
6.
des, p
appa
præf
dunt
ne v
meu
& tu
nitat
defo
lo ar
qua

quas incurris. Et si enim durior ferro sis, timebis flammam æternam, cuius reatu tenetur corpus istud, quod tu amas, plusquam animam tuam. Quomodo enim ferre poteris, fili mi, tormentum ignis, & vermem, quo in perpetuum rodentur viscera tua; si nunc ferre non potes ieiunium vnius diei, aut incommodum lectum vnius noctis? Nunquid adeo cæcus es, ut non videas, stultam electionem esse, impinguare corpus paucis diebus, ut comburatur sine fine? Ergo saltem terrore tormentorum conuertere ad me, & salua breui poenitentia animam tuam, ne descendas in lacum profundum expers fructus redemptionis meæ. Nollem enim exercere gladium iustitiæ aduersus te charissimum filium suum.

6. Si autem futura mala, quæ non vides, parum afficiunt te nimis amantem, apparentia bona, quæ videntur considerata præsentia damna, quæ peccando succedunt, & disce quærere & diligere me. Nõne vides, dum peccas, te fieri inimicum meum, & consciëntiam tuam inquietam, & turbulentam esse, amissa pace, & serenitate Dei, succedere seruitute peccati, & deformatione horribili animæ tuæ? Paulo antè erat speciosissima, & suavissima

sponsa mea, cuius gratia, & dulcissima pulchritudo adhærebas visceribus meis; & in hora, qua commisit peccatum, facta est abominabilis, & horribilis supra omnem mundi deformitatem. Propter quod mirum est, te, fili mi, nolle considerare mutationem hanc, quàm qui bene ponderat, fugit peccatum, sicut mortem, & Infernum.

7. Sed si mutatio hæc non mouet durum cor tuum, fili charissime; cōtemplare mutationem contrariam de peccato ad gratiam, & amicitiam meam, & trahere te tua saltem voluptas. Si enim benè consideres, anima tua quæ peccauit, quam diu, non conuertitur ad me, est imago dæmonis, quem imitata est, & horrenda turpitudine nigrescit. Si autem tu velis cooperari gratiæ meæ, suspirio vno, renouabitur, & super niuem dealbabitur, fietque pulcherrima, & iucundissima supra omnem corporum gratiam, & amabilitatem, placebitque tenerrimo cordi meo. Vestietur purpura & bysso, & ad Regis Pacifici thalamum ineffabili cum decore admittetur.

8. Verùm si non renouatio hæc, quantum ad delicias meas pertinet, non mouet animam tuam, moueat saltem inti-

qua

ma consolatio, quæ de vera pœnitentia, cum spe vitæ æternæ procedit. Spes enim fundabitur, & exhilarabit te, fili, cum intima penetratione lætitiæ quam æterna vita sperata producit. Et in ista ipsa vita mortali gustabis, & videbis, quæ suavis sima ego, per experientiam internorum gaudiorum, quæ ex nouitate vitæ nascuntur. Expertis crede, fili, pretiosior est consolatio mea præsens, quàm totius mundi lætitia, quicquid dicant filij huius sæculi, qui longè recesserunt à disciplina filij Dei. Neque audias, consilia hominum qui horrent pœnitentiam, quasi vitæ inimicam: nesciunt enim quid dicant, & iudicant quod ignorant. Audi potius me, fili, & vide, & inclina aurem cordis tui: & instillabo tibi dulcissima verba salutis, quam requiro.

9. Neque durum tibi videatur agere pœnitentiam pro salute, & vita æterna tua cum sis peccator, siquidem ego egi pœnitentiam durissimam pro te cum sim ipsa innocentia, & candor lucis æternæ. Immo ex hoc ipso, quod ego sum exemplar ostensum tibi in monte Ecclesiæ spõsæ meæ, debet tibi societas iucundissima videri, mecum laborare, & tollere suaue iugum meum super te. Operemur, simul

simul, amice charissime, & viuamus in
 mul strictissima vnione Spiritus mei. Ego
 adiuuabo, & consolabor te, sicut dilecti-
 simum filium meum, & extenuabo labo-
 rem pœnitentiæ adiunctis viribus meis
 quas tibi secreto suggeram, ne deficias
 via. Et profecto fœlicior eris adiutor
 meo, etiam si sed eas in cilicio, & cinere
 quam si absque societate mea imperium
 totius mundi possideres.

10. Non te frangat, fili, asperitas pœ-
 nitentiæ depicta, quam horrent sensus
 tui assueti delectationibus humanis. Ego
 lactabo te in secreto cubiculo cordis tui
 vt dulcescant tibi pœnæ, quas suscipio
 pro abluendis sordibus peccatorum
 videbis quantæ & quàm ineffabilis con-
 solationis plena sit vera pœnitentia,
 quam turpiter errent filij huius sæculi
 famantes eam, & malè loquentes de
 finita bonitate, & misericordia mea
 si ego crudeliter tractem peccatores,
 conuertantur ad me. Recordare, fili pro-
 digi post innumerabilia peccata redentis
 tis ad domum meam, & interroga illum
 an passus fuerit desolationem, aut ego
 quutus fuerim ei verbum asperum, quod
 do coepit suspirare, & pulsare viscera
 mea. Ego certè, si legisti mollitos sermo-

nes Euangelij mei, conuersabar in terra cum publicanis, & peccatoribus adeò familiariter, & misericorditer, vt propter hoc reprehenderer à mundi Sapientibus & prudentibus ex quò iudicare poteris, quàm falsum sit, me nimis seuerum esse erga eos, qui iam non sunt publicani, & peccatores, sed incipiunt sequi me.

ii. Propter hoc, fili, hortor te, ne cadas animo, aut credas intollerabilem esse viam vitæ ad quam sine pænitentia redire non potes: sed crede fidelissimo Magistro, & Redemptori tuo. Rumpe fasciculos delictorum, quibus grauaris, & quære refrigerium. Incipe benè vti remedijs Sacramentorum, quæ sunt quasi canales, per quos fluit pretiosissimus sanguis meus. Recede à carnalibus amicis, & quære veritatem & dulcissimam amicitiam meam. Claude ostium domus tuæ, & gemitibus multis ora Patrem meum, vt reformet & efficiat te similem vnigenito filio suo. Quære & inuenies, pulsa, & aperietur tibi, pete confidenter & accipies. Non enim tam breuis est misericordia mea quàm tua, quæ est sicut nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens, qui exorto Sole siccat. Ego sum fons misericordiæ inexhaustibilis, & glorificor miserendo. A sæculo

non est auditum quòd contemnerem
miseriam inopum, & gemitum pauperum
quærentium incomparabiles diuitias
meas.

12. Certissimè ergo scias, fili, si conuer-
taris ad me, te habiturum in me vno, om-
ne bonum & omne solatium. Ego ero tibi
pater, & mater, frater, & soror, & fideli-
ssimus amicus, paratus ad instruendum
adiuuandum, solandum, & defendendum
te. Propter quod deberes constanter a-
gredi viam vitæ, non timens prælia in-
micorum tuorum, cum ego tecum futu-
rus sim. Ego enim vici mundum, &
fies particeps victoriæ meæ, dum modo
velis mecum esse, neque vnquam recu-
dere à conspectu meo. Dirumpe ergo
vincula tua, fili charissime, & sacrificium
mihi sacrificium laudis, quod ego liben-
ter odorabor in expectata valdè recon-
solatione tua. Da mihi dexteram amicitie
quam requiro, siquidem ego prior dilexi
te. Desine vagari post vestigia appeti-
tum tuorum, & intimo sensu compunctio-
nis, & amoris, quære vbi cubem, & vbi
quiescam, in meridie; & para mihi thal-
amum in centro cordis tui, vbi fiet cal-
ceus meridianus amoris mei. Conuertere
me, fili dilectissime, & ego conuertar

e, vt liberem te de seruitute durissima, & eleuem ad statum filiorum Dei, inter quos frueris formosissima luce mea.



SOLILOQVIA.

De infelicitate presentis vite.

CAP. I.

Nimis infelix est vita præsens filiorum Adæ, quos peccatum expulit cum patre suo à paradiso voluptatis, quem plantauit dulcissimus Deus, vt ibi homo, si vellet foeliciter viueret! Quid faciam infelix homo operator terræ spinas, & tribulos germinantis? Quò me vertam exul tam procul habitans à charissima patria mea? Contemplor præsentem vitam plenam miseriæ, & tenebrarum, quæ Inferno contigua esse videtur; & tædet animam meam vitæ meæ tædio quodam penè intolerabili. Ego transco per locum horroris, &

vastæ solitudinis, vbi non est charitatis habitatio: & idcirco timor, & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Certè nox est vita hæc, in qua nõ valeo intueri lucem candidissimam, quæ perdidit insipiens Adam pater meus. Vnde mihi, quem operuit caligo culpæ? Quis cum difficultate, & anxietate multa ambulat ad lumen fidei, quæ quasi lucerna lucet in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer, qui nescit occasum, orientur in corde meo. O terra sterilis, & vallis lachrymarum, è qua suspiro ad montem Dei, montem scilicet pinguem, cuius pinguedine repleatur anima mea. Vtinam, elementissime Deus, adeò displiceant mihi vincula culparum & poenarum, quibus hæc vita nimis ligatur, vt quasi peregrinus non satis fidens habitatoribus terræ, & expoliari timens, transcaam celeriter per ignem, & aquam in optatissimum cæli refrigerium! Non enim expedit mihi multum immorari in terra inimicorum, neque fas est dum ascendere curo ad excelsum terram æternæ promissionis, inire foedus cum regibus Amorrhæis, qui oderunt regionem viuorum, & insidiantur saluti meæ. Quæ communicatio luci ad tenebras, aut quæ pars mihi inter filios

Agar

Agar qui exquirunt prudentiam, quæ de
 terra est? Quid mihi cum mercatoribus
 Madianitis, & cum Tyro, atque Sidone,
 vbi pro modico fragmento panis vendū-
 tur iura primogenitorum ciuium suauis-
 simæ Ierusalem, vbi vellem recondere
 thesauros meos? Nonne sanius consiliū
 est, fugere commercia negotiatorum, qui
 descendunt mare in nauibus, facientes o-
 perationem in aquis multis, & quærere
 firmam stationem littoris, vbi non timē-
 tur fluctus maris? Profecto vitæ hæc, cō-
 tinua quædam procella est, cuius vndæ
 nunc ascendunt vsque ad abyffos; quibus
 alternationibus anima mea tabescit. Ti-
 mores, iræ, tristitię, discordiæ, ambitio-
 nes, cupiditates innumerabiles, cum alijs
 perturbationibus absque numero, quid a-
 liud sunt, quam mare magnum, & spatio-
 sum manibus, vbi sunt reptilia, quorum
 non est numerus? Expedit ergo mihi o-
 disse vitam hanc, quæ creat mihi tot perī-
 cula horribilia, & quærere vitam meliorē
 vbi non sit pereundi formido. Propter
 hoc o fili Dei Altissimi futuram ciuita-
 tem inquiram, & suspirabo ad solidiorē
 terram, ad mansuetorum nempe & hu-
 milium hæreditatem; vt tu sis tota portio
 mea, dulcissime Deus cordis mei.

De fœlicitate vite eterna.

CAP. II.

OVita vitalissima, quæ nunquam deficiet, quando requiescam in te. Quando veniet immutatio mea, vt ascendam de deserto delitijs affluens, & introducat in campos æterno viror e viuentes, & fruam aera suauissima quæ perstat amoenissimos hortos Dei. O lux beatissima, quæ exhilaras ciuitatem primogenitorum, qui induti stolis albis incedunt per plateam ex auro mundo, similem crystallo, quando fruam te? O regio viuorum, vbi non erit amplius neque luctus, neque clamor, neque vllus dolor, quando videbo te? Verè vita ista qua vivo inter exules filios Heuæ, mors est: non enim adest eandor ille purissimus, libertas illa pretiosissima, & dulcissima societas Ierusalem, quæ sursum est: cuius gratia desiderabilis est super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulcior super mel, & fauum. Ibi purgatis oculis cordis videtur elegantissima forma Dei, cuius aspectu corda casta dilatantur, & inflammantur æternis ardoribus, qui non extinguuntur in sæcula. Ibi requiescit cor infiniti boni cupidissimum, &

pot

potatur torrente voluptatis Dei, qui regnabit in eternum, & ultra. Væ mihi, qui longè absum ab optatissima requie mea, qua multi ante me fruuntur, qui ascenderunt sicut hinnuli ceruorum in montem Bethel, vt satiarentur ab vbertate domus Dei! Vsq̄uequò carebo hereditate grandium, qui manducant labores manuum suarum, & infinita cum exultatione comedunt pinguia medullata? Vtinam dirumperetur velum quo absconditur portio mea in terra viuentium, & hac ipsa hora, qua scribo mœstitia plenus, vocarer ad coenam candidissimi Agni Dei, cuius pastu dilatarentur viscera mea! Verè vita hæc præsens umbra mortis est: & expedit mihi, suspirare in atria Domini omnibus diebus vitæ meæ. Beatus vir cui lachrymæ sunt panes die, ac nocte, dum dicit ei cor suum quotidie, vbi est Deus tuus? benè enim est, vt præsentis vitæ tædio, & futuræ foelicitatis desiderio currant lachrymæ vsque in finem. Veniat, oro te, dulcissime D E V S, finis ille, ad quem creasti me; vt in amplexu tuo viuam sine timore culparum, & dolorum, quo sollicitor, & sollicitabor, donec in lumine tuo videam formosissimam lucem tuam,

& amplissimam mercedem meam. O merces magna nimis, pro qua laborauerunt omnia corda nobilia fortissimorum militum, qui de bello pacem, quæ superat omnem sensum, acceperunt! Quis mihi det consortium tam inæstimabilis consolationis, vt ascendens de terra deserta, & inaquosa, mergat in abyſſo voluptatis Dei? Ego laborabo clamans donec aperiat mihi via ligni vitæ, quam requirit anima mea.

De periculo amittendi Deum.

CAP. III.

O Summum, & amabilissimum bonū, Deus meus, & inuictissima fortitudo mea, in quanto periculo versor perdendite! Aduena ego sum in terra aliena, per quam ambulo, & multi latrones insidiatur mihi habenti thesaurum in vasis fictilibus, quem porto ad ciuitatem Ierusalē, quæ est dulcissima patria mea. Væ mihi, quia occurrunt mihi occasiones innumerabiles, quibus sollicitor ad relinquendā amicitiam tuam optatissime Deus cordis mei! Labores, tentationes, distractiones, & multa incitamenta peccandi vexant

me,

me, vt cum difficultate conseruem preti-
 oſiſſimam gratiam tuam, & facile capiar
 laqueis delectationum, quas generat mū-
 di figura. Quid ergo, faciam, vigilantiffi-
 me custos hominum, cupiens ſic tranſire
 per bona temporalia, vt non amittam æ-
 terna? Sed iam in ſchola manſuetorum,
 & humilium, cum quibus eſt conuerſatio
 tua, docuiſti me, vt tollerem ſuaue iugum
 tuum, & diſcerem eſſe mitis, & humilis
 corde ad exemplar incarnati filij Dei. Hęc
 eſt eruditio tua, Magiſter, qui habes verba
 vitæ. Hęc eſt ſapientia paruulorum, qui,
 cū ſint paruuli in oculis ſuis, creſcunt ad
 meſuram plenitudinis tuæ, & protegen-
 te te eripiūtur, ſicut paſſeres, à laqueo ve-
 nantium, & cuſtoduntur quaſi pupilla o-
 culi tui. Interim ergo dum timor perden-
 di te ſollicitat animam meam, memor e-
 ro ſcholæ tuæ, ô Fili Dei Altiffimi, & vi-
 uere curabo ſub vmbra alarum tuarum,
 & dicam: Erue à framea inimici Deus a-
 nimam meam, & de manu canis vnicam
 vitam meam. Salua me, ô fortiffime, de
 ore leonis, & à carnibus vnicornium que-
 rentium perdere ſalutem meam. Et quia
 in me ipſo ſentio aliam legem repugnan-
 tem legi mentis meæ, obſecro te, ô potē-
 tiſſime, libera pauperulam creaturam

tuam à seipsa, ne pereat in periculoso valde prelio passionum suarum, quæ quasi tigres famelicæ currunt ad illicitas prædas suas. Si audieris Domine orationem serui tui, in qua prosternitur tibi adorans infinitam Maiestatem tuam, sacrificabo tibi ardentia igne tuo viscera mea, & cantabo in æternum super mel dulcissimas misericordias tuas.

De æstimatione gratiæ Dei.

CAP. IV.

SI linguis hominum loquat & Angelorum, ô fili Dei viui, & sapientia æterni Patris tui, non potero dignè æstimare magnitudinem, altitudinem & decorem gratiæ tuæ. O Domine, si dignaretur infinita bonitas tua erudire me ignoran-tem, vt cognoscerem diuitias eius, & amarem formam illam quæ est participatio formæ Dei: Domine ex ijs, quæ docuisti me balbutiens dicam, quæ vtcumque conferant ad æternam laudem tuam. Quid est Domine, quale bonum est diuina gratia tua, nisi candidissima vestis, & corona dulcissime pulchritudinis, qua ornatur anima iusti sponsa tua? Est ornamentum

namentum pretiosissimum, quo induitur
 filia Regis, cuius omnis gloria est ab in-
 tus, quamuis (vt decet Reginam) sit cir-
 cumamicta varietatibus. O quam inæsti-
 mabilis decor, qui si videretur omnia
 corda lapidea peccatorum emolliret! O
 quam ineffabilis suauitas, qua delectatur
 cor Altissimi Filij Dei! Omnia mundi
 imperia, omnes diuitie, omnis hominum
 gloria, sapientia, & fortitudo, nihil est,
 si cum diuina gratia tua comparetur. Ego
 scio Domine, me non posse dignè loqui
 de tam ineffabili bono: & propterea de-
 sidero illuminari à te, vt saltem intelli-
 gam excellentissimam dignitatem eius
 quantum mihi satis est ad quærendam, &
 amandam totis visceribus gratiam tuam.
 Melius enim mihi est amare speciẽ eius,
 quã de illa abundãter, vel elegãter loqui.
 Qua in re vellem, mitissime Redemptor,
 dissimilis esse hominib⁹; qui quærũt gra-
 tiam regum terre super aurum, & lapides
 pretiosos. Certissimè enim scio, gratiam
 illam non esse multo pretio dignam,
 cum in Principibus illis non sit salus. Gra-
 tia verò tua, Rex pacifice, infiniti pretij est
 cum in te sit salus, & æterna vita mea, pro
 qua quilibet bonus negotiator dabit om-
 nem substantiam domus suæ, & quasi
 nihil

nihil despiciet eam. Reuela, Domine, oculos meos, & cōsiderabo mirabilia magna, quæ sunt in lege gratiæ tuæ: & antepōnam amabilissimam formam eius omnibus amoribus terræ: vigilaboque & laborabo pro consortio illius omnibus diebus vitæ meæ. Vtinam imprimeretur cordi meo estimatio iusta gratiæ tuæ, Domine, vt nihil cogitarem, loquerer, vel operarer, nisi quod requirit dulcissima lex amoris tui!

De imitatione Christi.

CAP. V.

OCandor lucis æternæ, Iesu Christe Rex, & præceptor vitæ meæ, quot magistri prurientes auribus discurrent per scholas hominum, quærentes docere alios, cum ipsi ignorent te, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & sciētiae Dei! Quomodo audent dicere alijs iustioribus se: Imitamini nos. Ego certè non sequar istos præceptores, qui perdunt animas suas, & alienant à te infælices imitatores suos. In consilium eorum non veniat anima mea, ne fortè surda fiat ad secretas voces, & inspirationes tuas. Tu Domine
reuelasti

reuelasti mihi verba Patris tui dicentis:
Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi
complacui; ipsum audite. Cum ergo au-
toritas diuina maior sit, quam totius
mundi sapientia, ego me ipsum proster-
no ante te legislatorem, & exemplar vi-
tę, & eligo potius imitari te, quam filios
Adę patris mei. Tu enim fecisti me ad
imaginem, & similitudinem tuam: & ve-
ritas tuę exigit à me, vt fidelissima imita-
tione sequar te ducem vię, quę ducit ad
vitam. Sed quando incipiet nimis dura
voluntas mea serio velle, quod intellectus
meus illuminatus fide tuā dicit esse faci-
endum? Vsq̄quo morabor, & differam
de die in diem imitari te innocentissimū
Agnum Dei? Nunquid timenda, & non
magis amanda est mansuetudo tuā, qua
redemisti me? Ego certē confiteor tibi,
fortissime Victor mundi, in Ecclesia ma-
gna tuā, expedire mihi imitari humilita-
tem tuā, qua domuisti orbem ligno
Crucis tuę. Ita sentio testimonium perhi-
bente conscientia meā: & idcirco, precor
te, fac ambulem per viam quam ostendi-
sti mihi, quando in terris visus, & cum
hominibus conuersatus es. Serua me, Rex
Ierusalem, ab hostibus meis & tuis, qui
sub veste mansuetudinis tuę, sunt lupi
rapaces,

rapaces, & quærunt perdere dilectam animam meam. Profiteor me nolle alium Regem nisi te, qui dulcissimæ charitatis legibus Regis fidelissimos seruos tuos.

De contemptu mundi.

CAP. VI.

BEatus vir, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris cum. Huic certe mundus crucifixus est, & ipse mundo, quem grandi sensu tuo contemnit. Cuius contemptus causa est, vt existimo, quia iustitiæ tuæ, Domine, sunt rectæ & laudificantes corda, & præceptum tuum lucidum illuminans oculos. Illumina ergo me, o lux formosissima, cuius comparatione non lucent astra matutina, vt videam mundi vanitatem, & figuram citò transeuntem, & contemnam illam. Vtinam, o Veritas fortissima, quæ vincis omnia, bene caperem sensum tuum, vt despicerem mendacia filiorum Adæ, qui à te auditum auertunt! Vtinam penetraret cor meum vox dicentis: Omnis caro fœnū, & cecidit flos, quia ventus Domini insufflauit in eo! Hæc est sapientia sapientum, & fortitudo fortium, Domine, vt
Chri-

Christiano sensu tuo, & altissima fide
tua, spernant visibilia bona honorum, di-
uitiarum, & deliciarum, propter meliore,
& manentem substantiam, quæ legitimis
certatoribus conseruatur in coelis. O sub-
stantia domus Dei, quam contemptibilia
sunt patrimonia mortalium, comparata
cum pretio tuo! Profectò sapienter fecerunt
pauci illi amatores tui, qui noluerunt
habere hæreditatem in terra morientium,
vt hæreditate possiderent te! Et ego
desiderans esse è numero paucorum, de-
spicio omnia desiderabilia mundi, ita vt
si honores, voluptates, & diuitiæ affluant,
nolim cor apponere. Transibo ergo, qua-
si peregrinus futuram ciuitatem inqui-
rens, & destitutus solatio in præsentis sæ-
culo, festinabo ad dulcissimam patriam
meam. Imitabor fortes pugnatore, qui
noluerunt suscipere apparentem mundi
redemptionem, vt meliorem inuenirent
resurrectionem, currentes ad refrigerium
suum. Fac, O sapientia Dei Altissimi, vt
contemptus mundi imprimatur visceri-
bus meis. Fac, vt abominer fructus ter-
ræ, vt ascendam in palmam, & colligam
melle dulciores fructus eius.

De exemplis contemptorum mundi.

CAP. VII.

Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum meditabor: in illis inquam operibus nouæ creaturæ tuæ, quam creasti in operibus bonis, vt sequens te minimum præceptorum suum, perseveranter ambularet in illis. Multa fecisti Domine mirabilia nimis, in quibus lucet altissima Sapiencia tua: sed illa videntur dulciora, & amabiliora, quæ operatus es in cordibus sexaginta fortium Israel, qui fuerunt ex fortissimis seruis tuis contemptoribus mundi, quos mors, & infernus timuerunt. Ex hoc numero fuit Alexius fidelissimus amicus tuus, qui despiciens Romanam nobilitatem cum diuitijs, & voluptatibus nouæ mundi arte deludens, transiit per viam vitæ tacitus, & incognitus hominibus, sed benè cognitus tibi, qui probas renes, & corda: & sic inuentus est mirabiliter scriptus in libro vitæ tuæ. Ad hunc etiam numerum pertinet Paulinus charissimus amicus tuus, qui vendidit se, vt redimeret proximum suum; sicut tu, Domine misericor-

ricordissime, tradidisti te, vt saluum face-
res populum acquisitionis tuæ. Propterea
Paulinus, quamuis occultauit se, vt calca-
ret gloriam mundi, reuelatus est à te, qui
superbos humilias, & pauperulos à terra
fuscitas. Huius numeri fuit Martinus Tu-
ronensis, qui totis visceribus dilexit te, &
contra leges mundi, scidit chlamidem su-
am, vt tegeret te, qui in persona pauperū
mendicare soles, quamuis sis diues super
omnes reges vniuersæ terræ. Et ideo sic
placuit tibi contemptus mundi in Marti-
no seruo tuo, vt diceres: Martinus hac me
veste contexit. In numero isto, Domine,
possem numerare multa millia seruorum
tuorum; qui exemplo tuo reliquerūt om-
nia, & in spiritu humilitatis famulati sunt
tibi, nihil curantes quid mundus sentiret!
Propter quod senserunt illi virtutem &
misericordiam tuam magnam, quam ego
quoque sentire vellem. Fiat ergo, man-
suetissime Domine, misericordia tua su-
per me seruum tuum, vt fiam de numero
illorum, qui mundum vicerunt, & absco-
derunt thesauros suos in cælo, festinan-
tes ad amplissimam mercedem suam. Et
sacrificabo tibi primogenitum amorem
in ara cordis mei, quod inflammetur, o-
ro, igne purissimi Spiritus tui.

De

De reformatione hominis.

CAP. VIII.

INter alia verba vitæ, quæ prædicasti, Domine, filijs Adæ ignorantibus viam tuam, dixisti necesse esse, vt renascatur in te, qui de Adam infœliciter natus est. Et quidem, Altissime fili Dei, ego, dono tuo, regeneratus fui aquis tuis, quæ in baptismo abluerunt originalem culpam meam. Sed post grandem misericordiam tuam infixus sum in interitu peccati, quod feci, & pro nihilo perdidisti diuitias tuas. Ex quo facies animæ meæ, quæ erat niue candidior, denigrata est super carbones desolatorios, & sensus mei, sine fræno iustitiæ tuæ, militant contra me. O clementissime Redemptor, quomodo deformata est anima mea, quam formasti ad imaginem tuam? A planta pedis, vsque ad verticem capitis non est in me sanitas, & vulnera mea multiplicata sunt super capillos capitis mei. Propter quod, cum in te solo sit salus mea, oro te mitissime, vt reformes hanc fragilissimam creaturam, & configures illam perfectissimæ, & amabilissimæ formæ tuæ. Adorna

Rex

Rex
 factu
 nestu
 Refic
 colu
 nato
 scat
 etur
 esset
 para
 geni
 corp
 corp
 cum
 tequ
 de,
 cor
 qua
 & l
 soli
 plat
 stat
 pul
 q

Rex Sion, thalamum animæ meæ sponte tuæ, vt nihil admittat, quod non sit honestum, & decorum, vt placeat cordi tuo. Refice, Rex Salomon, ferculum tuum; fac columnas argenteas virtutum, & reclinatorium aureum charitatis, vt requiescat ibi Maiestas tuâ. Quòd si hæc structura eget ascensu purpureo, bonum mihi esset sanguine fuso tantas diuitias comparare. Vtinam totus in te muter, O Vni- genite Fili Dei, vt non solum reformetur corpus humilitatis meæ configuratum corpori claritatis tuæ, in regeneratione, cum veneris iudicare terram; sed nunc, antequam veniat dies magna, & amara valde, cor meum reformetur ad exemplar cordis tui. O exemplar! quis mihi det, vt quasi columba felle carens volem ad te, & habitem in foraminibus petrae, & in solitaria cauerna maceriae? Ibi contem- plabor exemplar meum, & ablata vetu- state veteris Adam, accipiam nouam, & pulcherrimam formam tuam: qua ego, qui mortuus fui, fiam in animam vi- uentem de purissimo, & vita- lissimo spiritu tuo.

De

De reformatione sensuum exteriorum.

CAP. IX.

EXterni sensus mei, o diuina libertas mea, abducti sunt in captiuitatem, & multipliciter errauerunt ex utero matris sue. O Domine benignissime, quomodo facti sunt in desolationem! Intrauit mors per fenestras: & per portas, quæ sine custodia patent, ingressæ sunt gentes in sanctuarium tuum, de quibus præceperas ne intrarent in Ecclesiam tuam. Verè sensus mei, quasi equi sine fræno cucurrerunt ad solatia sua. Nunc verò, o custos Israel, & fidelissima tutela mea, claude portas huius creaturæ, quam fecisti tibi, sicut clausisti ostium arcæ Noë in diluuiio aquarum multarum, vt saluaretur semen electum in ea. Certe ego noui per experientiam, me indigere custodia tua, O amantissime fili Dei, qui omnia scis, & potes, & seruas amicos tuos in abscondito faciei tuæ. Vigilabo ergo super gregem meum, non quasi ego possim præseruare à corruptione sensus assuetos delictijs suis, sed confidens in te custode meo, qui potes subito honestare

honestare
omni
re m
ceptu
Dott
tas m
meis
traha
ueru
se im
ta est
lord
caro
tis in
preti
zius
mun
perd
verò
Dei
super
tibi,
lis oc
bonu
secur
tuæ
hæc
mife
ad fe

honestare pauperem, & delere omnes ab-
ominaciones eius. Quis enim potest face-
re mundum hominem de immundo cō-
ceptum semine, nisi tu, qui solus es? Tu es,
Domine, iustificatio, redemptio, & puri-
tas mea, quæ obsecro, adhæreat viscerib⁹
meis: vt sensus mei fræno timoris tui re-
trahantur ab excessibus, quibus macula-
uerunt animam meam, quæ debuisset es-
se immaculata sponsa tua. Satis inquina-
ta est, Domine: sed nunc abluatur aqua
Jordanis viui fluminis tui, vt restituatur
caro eius, sicut caro pueri paruuli existen-
tis in innocentia sua. O innocentia quàm
pretiosa es! Non adæquabitur tibi topa-
zium de Aethiopia, nec tecum tinctura
mundissima componetur. Sed iam qui
perdidit te, innocens esse non potest. Tu
verò Innocentiæ fons Iesu Christe fili
Dei Altissimi, potes hominem peccatorē
super niuem dealbare, & ita conformare
tibi, vt peccatorum sordes, accepta ab il-
lis occasione iustitiæ, ei cooperentur in
bonum, sicut frequenter facis in ijs, qu
secundum propositum dulcissimæ gratiæ
tuæ vocati sunt Sancti. Utinam & fors
hæc mihi contingat, vt eductus de lacu
miseriæ, & de luto fæcis, lauer, & mundeat
ad formam puritatis tuæ; vt fiam dignus

consortio electorum tuorum, & fruatur
suauissima præsentia tua.

De mortificatione Passionum.

CAP. X.

INfœlix nimis homo sum portans cor-
pus, quod corrumpitur, & aggrauat a-
nimam. Væ mihi! quis me liberabit de
corpore mortis huius? Patior bella in-
numerabilia, quibus pars inferior oppu-
gnat portionem superiorē meam, desti-
natam cognitioni, & amorī Altissimi Dei
mei. Ascendo ad terram promissionis, v-
bi est requies, & hæreditas mea; & passio-
nes indomitæ, quasi bestię fame incitate,
importantis prælijs, vexant me. Hæc est
seruitus filiorum Adæ, vt in seipsis ferant
domesticos inimicos suos, qui rebellaue-
runt contrate Rex Pacificæ, qui facis vtra-
que vnum. Tua est, fortissime Domine,
victoria tam crudelium inimicorum, a
quibus nemo liberatus est nisi per poten-
tissimam gratiam tuam. Beati pugnato-
res illi, quibus est auxilium abs te! ascen-
siones enim in suo corde disponunt, fa-
cientes quasi gradus scalæ, quæ pertingit
ad cælum, de mortificatis passionibus,

quas

quas
cut tu
super
vtero
re hor
robor
fidei,
charit
Dei, c
dit mi
armar
no pa
meæ,
tis, qu
clama
um ac
venti
gna, &
ortus
derat
erant
locab
cissim
am tu
mam
mine
victo
tui,
& rec

011

quas calcant, ascendentes super ipsas, si-
 cut tu Domine Victor mortis ascendisti
 super occasum. Ego verò vir claudus ex
 utero matris meæ, non valeo prosterne-
 re hostes meos, qui nascuntur ex me, nisi
 robores fragilissimam creaturam armis
 fidei, & insuperabilis charitatis tuæ. O
 charitas omnipotens! O armatura Filij
 Dei, cui flectitur omne genu! Certè expe-
 dit mihi, O diuina virtus, & fortitudo mea,
 armari te, vt nō timeam à timore noctur-
 no passionum excæcantis oculos mentis
 meæ, ne videat purissimam lucem verita-
 tis, quæ sincera corda confirmat. Ego
 clamabo vim patiens, & implorabo De-
 um adiutorem meum: si fortè imperet
 ventis, & mari, fiatque tranquillitas ma-
 gna, & pax optatissima filiorum eius. Si
 ortus mihi fuerit Sol de Cælo, sicut desi-
 derat anima mea, omnes bestię quæ exi-
 erant ad prædam congregabuntur, & col-
 locabuntur in cubilibus suis. Et ego, dul-
 cissime Deus, cantabo manè misericordi-
 am tuam, & celebrabo tota die inuictissi-
 mam veritatem tuam. Scio enim, Do-
 mine, quia pax hæc, quæ de passionum
 victoria procedit, est fomentum amoris
 tui, quo ardent corda quærentium te,
 & requirentium formosissimam faciem
 tuam.

tuam. Et propterea non satiantur hymnis, & canticis misericordiarum tuarum, quarum nō est numerus: & cupiunt multiplicare laudes operum mirabilium tuorum, super numerum arenæ maris. Hæc sit pars mea precor te, Deus meus & misericordia mea; vt de victoria ista, quam postulo, cantem vocibus, & ignitis affectibus in generationem, opus nouum fortissimæ dexteræ tuæ.

De reformatione imaginationis.

CAP. XI.

Multa mala patior, Clementissime Domine, ab inconstantia imaginationis meæ, quæ discurrit per innumerabilia loca, & format innumerabiles imagines, quas ego nollem. Quid faciam dissipatus, & diuisus à te, cuius imaginem formare non valeo? Iusta punitio est hec Domine, vt qui dereliquit te propter figuram mundi, patiatur mille tormenta imaginationum importunarum, neque possit figere in formosa valde humanitate tua oculos cordis, quod cōmisit adulterium. Ego verò semper sperabo: quia excelsa tua, & fluctus tui superant

me l
miti
mag
uo r
mule
vt pr
ant t
tas h
mule
à cre
stacu
form
impo
canta
uæ t
tare f
quan
tur i
dor,
crept
& de
abyss
in du
gabis
in th
bi in
ra an
posit
mife
nt

me longo tempore transierunt: tu tamen
mitis, & suavis es, & post tempestatem
magni maris afferes tranquillitatem ser-
uio tuo. O tranquillitas diu desiderata, &
multis laboribus quæsitæ, quando venies,
vt procella mea mutetur in auram, & file-
ant tumentes fluctus eius! Certè sereni-
tas hæc pretiosa est valde, quam reges
multi cupierunt. Vtinam recederent iam
à creatura tua, O fili Dei viui, omnia spe-
ctacula deformia, & imprimeretur ei sola
forma tua stabilis, & constans, & à nullis
importunis imaginibus impedita! Ego
cantarem tibi canticum redemptionis no-
uæ totis viribus, & visceribus, sicut can-
tare solent, qui nauigant mare turbatum,
quando crepti à periculo vitæ, deducun-
tur in portum voluntatis eorum. Recor-
dor, potentissime Domine, quando in-
crepuisti mare Rubrum, & exiccatum est,
& deduxisti populum tuum per medium
abyssi, sicut per desertum: atque ita spero
in dulcissima bonitate tua, quod congre-
gabis sicut in vtre aquas maris, & pones
in thesauris abyssos. Et ego confitebor ti-
bi in vasis cantici, & psallam tibi in citha-
ra animæ meæ à te ordinatæ, atque com-
positæ, paratus non tacere laudes tuas, &
misericordias antiquas tuas in æternum.

De reformatione intellectus.

CAP. XII.

O Veritas, & sapientia Dei mei, cuius
 pascu solo potest saturari cupidissi-
 mus sciendi intellectus meus, quale tor-
 mentum est hoc, quo erucior discurrens
 per diuersas doctrinas, & artes hominum
 & non valens requiem inuenire! Si nu-
 merem multitudinem stellarum, & arti-
 nam, quæ iacet in littore maris, & cognos-
 scam innumerabiles proprietates creatu-
 rarum, non satiabor, quia cupio omnia
 scire. Atque ita labor inquietus est ante
 me, qui non cessabit, donec intrem
 sanctuarium Dei, & intelligam omnia
 quæ desidero, in nouissimo spectaculo
 tuo. O spectaculum formosissimum &
 ternæ veritatis, & bonitatis Dei! Profe-
 ctò benè est, nihil velle scire nisi te, Iesu
 Christe Crucifixe, vt sublata curiositate
 sciendi multa parum necessaria, amem te
 fortius, & velato intellectu velo fidei tu-
 rram ad montem visionis, vbi videri
 serenissima facies tua. Consilium hoc
 placet mihi Domine, quia sanum & sa-
 lutum, & suauè est, velle scire & nosse te,

qui
 tio n
 vaga
 hom
 mult
 ritat
 goti
 bilia
 quid
 sunt
 que v
 te D
 meu
 & ve
 pasce
 bus e
 solun
 lo, se
 nia a
 ne, se
 dum
 mici
 ctoru
 nis te
 mora
 hosti
 ueris
 quæ
 cordi

qui es omnis sapientia, salus, & consolatio mea. Propter quod, ego delibeto non vagari amplius per Academias filiorum hominum, in quibus etsi multi proficiant, multi tamen fatigantur inquisitione veritatis, quam non inveniunt. Vacabo ergo tibi, Veritas Dei, & considerabo mirabilia opera tua, neque putabo me aliquid scire, inter homines, nisi te, in quo sunt omnes thesauri sapientiae Dei. Atque utinam ignorem omnia alia praeter te Domine, ut reformetur intellectus meus contemplatione solius bonitatis, & veritatis tuae, qua chori Angelorum pascuntur, & ineffabilibus consolationibus exultant. Melius est enim mihi, non solum in futuro, sed etiam in hoc seculo, scire te solum, quam cognoscere omnia alia extra te. Aperi ergo mihi, Domine, sensum, ut intelligam te, quemadmodum solent te cognoscere charissimi amici tui; ut illuminer splendoribus Sanctorum viatorum, interim dum ponis tenebras latibulum tuum. Et memorabor iustitiae tuae solius offerens tibi hostiam laudis, & iubilationis, pro universis mirabilibus operum tuorum, super quae omnia ascendit copiosissima misericordia tua.

De reformatione voluntati.

CAP. XIII.

SCio, Domine, quid primum requirat à me bonitas tua, in principio legis tuæ immaculatæ, & conuertentis animas. lutes enim, O suauissime legislator, vt diligam te ex toto corde meo, ex omnibus viribus meis, & ex tota fortitudine mea. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Si enim tu es prima, & infinita bonitas, & pulchritudo, iustum est, vt reddam tibi primogenitum affectum cordis mei. Sed vix mihi! Quia sollicitor valde innumerabilibus amoribus, qui dilacerant animam meam. Omnia desiderabilia filiorum Adæ patris mei militant contra me, & paulò minùs, furantur improuidi cor meum. Si expellam amorem vnum propter te Domine, nesciens, per quam portam introierit, inuenio intra me amorem alium fortiozem illo: & multiplicatur pugna, & sollicitudo mea, sicut guttæ pluuiæ cadentis in terram. Hæc est seruitus mea nimis dura, qua crucior vsque in finem: neque suppetit remedium nisi in te solo, Deus cordis mei, qui potes conuertere

uert
vise
det,
mea
tis n
toru
han
tis,
in o
adol
crifi
virg
dis n
ce m
istan
pon
ciem
delit
titiu
non
neos
refri
diled
at in
taria
fœcu
terra
tum
seru.

uertere

uertere ad solum decorem tuum lacerata
 viscera mea suspirantia tibi. Quis mihi
 det, vt nihil velim nisi te, salus, & libertas
 mea, vt dirumpantur vincula colli portā-
 tis multa iuga non hominum, sed iumē-
 torum? Si digneris, Domine, respicere
 hanc creaturam tuam positam in tormē-
 tis, & trahere me post te, vt curram saltē
 in odorem vnguentorum tuorum, cum
 adolescentulis; quę dilexerunt te; ego sa-
 crificabo tibi viscera mea, & surgēt, quasi
 virgula fumi ignita suspiria ex altari cor-
 dis mei. O fortissime, & potentissime, vin-
 ce me charitate tua, & reforma voluntatē
 istam vagantem per creaturas, vt feratur
 pondere dilectionis ad speciosissimā fa-
 ciem tuam. Si audieris votum meum fi-
 delissime Domine, ero seruus tuus emp-
 titius, & signatus signo libertatis tuę, &
 non admittet vltra voluntas mea extra-
 neos amores, quibus diuertatur ab vnico
 refrigerio suo. Faciamus pactum mutuę
 dilectionis, ô Rex pacifice, quę permane-
 at in æternum, ita vt per pluuiam volun-
 tariam, quam segregasti hæreditati tuę,
 fœcundetur anima mea, quę patet sicut
 terra sine aqua tibi. Respice, obsecro, vo-
 tum meum sicut respexisti munus Abel
 serui tui, & mitte ignem de coelo in vi-

scera mea; quæ fiant sicut lampades ignis, atque flammarum, ita ut aquæ multæ non possint extinguere charitatem, nec flumina obruant illam. Hæc sit pars mea, & præda mea, oro te, fili Dei, ut reformatus ad exemplar amoris tui, totus inflammaber æterno, ac dulcissimo incendio tuo.

De studio virtutum.

CAP. XIV.

Homo quasi flos egreditur, paululum virescit, & statim conteritur: ex quo patet, quod nunquam in eodem statu permanet. Et tamen in hac inconstantia & breuitate vitæ, omnia tentat, & peregrinatur, & nauigat sine fine: studij verò virtutum non recordatur, & euanescit in quandam dementiam incredibilem. Cæcus est, neque requirit lumen: claudus est, neque mentem applicat ad sanandos, & dirigendos pedes suos in viam pretiosissimæ pacis filiorum Dei. Miror stultitiam hanc, qua tenentur filij Adam præuaricatores ab vtero matris suæ. O quam turpis error est quærere disciplinas hominum, quorum nomina scri-

scri-

scribuntur in terra; & negligere sapientiam Sanctorum, quorum nomina scripta sunt in cœlo! Beatus vir, qui humilitatē, mansuetudinem, obedientiam, & cæteras virtutes Christianas querit sicut aurum, ut corona pulchritudinis ornetur caput eius. Hic est sapientior sapientibus, & fortior fortibus, cuius nomen viuet in æternum. Non est inter mortales gloria vlla, quæ cum anima virtutibus decorata comparari possit. O quàm delitiosus est virtutum paradisus quem plantat Iesus Christus in anima sponsæ suæ, ut delectetur in ea! O amœnitas hortorum Dei, cuius delitiæ sunt cum filiis hominum! Verè flores isti spirant odorem suavissimum ad Austrum, & fragrantia Dei delectat casta corda suspirantia in statum immortalitatis, vbi apparebit dulcissimus decor virtutum, quibus filia Sion coronatur. Certè si homines, qui adorant idola mundi, viderent semel choros virtutum ordinatos, & assimilatos perfectissimæ formæ filij Dei, citò conuerterentur ab erroribus suis, & studiosissimè quærerent decorem virtutum. Sed vae mihi! neque enim ego satis cognoui quàm sint amabilia hæc lumina animæ, quæ præparatur ad nuptias Agni Dei.

Vtinam scaperem, & intelligerem, quanta, & quam inæstimabilis sit honestas, & pulchritudo animæ, quæ quasi filia Regis est circumdata vestitu deaurato! Tu potes, Altissime Deus, instruere me, & imprimere visceribus meis sensum diuitiarum interiorum, quibus adornas sponsam tuam. Imprime ergo, Domine misericordissime, sensum istum, & fac ut vigilem diebus, atque noctibus in studio celestium virtutum tuarum, & trahar decore domus tuæ. Et lætabor ego valdè super abundantiam dulcedinis tuæ, sicut qui superatis hostibus suis, inuenit spolia multa. Eroque fidelissimus præco misericordiarum: cantaboque mirabiles victorias tuas.

De studio contemplationis.

CAP. XV.

BEati sunt, Rex pacifice, serui tui, qui assistunt faciei tuæ, & remoti à strepitu negotiorum mundi contemplantur mirabilia tua. O quam iucundum, quam suaue, & quam desiderabile otium illud, in quo, silentibus passionibus, & imaginationibus, filia Sion, dulcissima sponsa

tua
sors
vald
dorr
in ca
aude
oper
or!
Dom
latib
surat
tuos
ro va
xis tu
gis d
mibi
stilli
enim
bonu
tio c
impe
verò
mine
pecta
mæ f
audit
man
à me
lium

tua requiescit in amplexu tuo ! Ibi fit cō-
sors nominis , & suauitatis tuæ decora
valde Sulamitis, quæ vnione castissima
dormit in sinu tuo. Væ mihi, qui tetendi
in campestribus tabernaculum meum, &
audeo loqui de vertice montis Sinai, quæ
operuit nebula, & caligo Sole splendidi-
or! Longissimè absum à consortio tuo,
Domine Altissime, qui posuisti tenebras
latibulum tuum. Ego non creui ad men-
suram grandium, qui vescuntur volup-
tuosè in lautissima mensa tua. Ego labo-
ro valde in tabernaculis Iacob Luctato-
ris tui; & suspiro ad portas Sion, quas ma-
gis dilexisti : si fortè post luctam dones
mihi benedictionem de rore cæli, cuius
stillicidia concupiuit anima mea. Opto
enim, Domine, vacare tibi, qui es summū
bonum, gaudium, & corona mea, in silē-
tio curarum, & creaturarum, quæ nimis
importunè sollicitant cor serui tui. Ego
verò dirigo orationem meam, ad te, Do-
mine, quasi sacrificium vespertinum, ex-
pectans tempus beneplaciti, & serenissi-
mæ faciei tuæ. Portio enim hæc non est
audita in Chanaan, neque visa est in The-
man: atque ideò non possum illam emere
à mercatoribus terræ. Priuilegium nobi-
lium est, qui non laborant in Aegypto,

ubi in hortorum morem aquæ Nili per fossas ducuntur irriguæ: sed eleuatis oculis in caelos tuos, opera digitorum tuorum, expectant pluuiam voluntariam, quæ descendit ex consilio æternæ voluntatis, & ex dulcedine infinitæ bonitatis tuæ. Hæc sit, oro, pars mea, sit potus, & esca mea, & pingue nutrimentum cordis mei.

De studio solitudinis.

CAP. XVI.

Illi sunt serui tui fideles, atque prudentes, Domine, qui aut semper, aut certis temporibus, fugiunt de medio Babylonis, ubi sunt strepitus, & rumores innumerabiles, ad solitudinem: ubi onagrorum more liberi, & solati à vinculis occasionum, & perturbationum, ingrediuntur ad pascua tua, & delectantur odore agri pleni tui. Benè est illis, quando fugiunt societatem peccatorum, & negotiatorum mundi, ne fortè inquinaentur; Fœlices sunt dum quærunt in tranquillitate solitudinis suauissimam societatem & conuersationem tuam. Certè licet deserta sint sterilia filijs huius sæculi, qui mollibus

vesti-

vestiuntur, & habitant in domibus regū;
filijs tamen tuis loca solitaria foecundis-
sima sunt, quia sciuntur eis aquę in
deserto, & torrentes dulcedinis in solitu-
dine. Tu enim fidelissime Domine, vi-
sitas amicos tuos, qui respuunt hominum
commercia, & solatia propter te: & ve-
nit super capita illorum secreta miseri-
cordia tua, sicut ros Hermon, qui de-
scendit in montem Sion. Hęc est fors
eorum, qui terga vertunt mundo, quo-
rum anima concupiscit, & deficit in atria
Domini. Non sollicitat illos ambitio,
aut auaritia filiorum Adę: quia omnia
desiderabilia mundi vendiderunt propter
te Domine, qui es totus honor, & hęc-
ditas illorum. Et quidem ego inuideo il-
lis sortem hanc: non quia velim eos pri-
uari hęceditate pretiosissima, sed quia
vellem & ego admitti cum filijs Leui ad
eam possidendam omnibus diebus vitę
meę. Propter quod expedit mihi, Rex
Pacifice, non multum negotiari cūm As-
syrjs, & Sabęis, sed per campos floribus
tuis vestitos quęrere te, qui lactas animā
sponsam tuam, ducens eam ad solitudi-
nem, & loquens ad cor eius. Recordor
ego, Domine, seruatorum tuorum, quos
quasi patres honorat Ecclesia tua, qui
tene-

tenebantur intimo desiderio solitudinis, ubi gustauerant te, & multiplicauerant sine testibus, inæstimabiles diuitias suas. Placet mihi valde consilium hoc, quod prædicauit verbis & exemplis casta generatio querentium Deum, quærentium formosissimam faciem Dei Iacob. Atque ideò precor te, fili Dei Altissimi, tangas digito spiritus tui viscera mea, vt suspirèt ad te gemitibus inenarrabilibus: & præ magnitudine desiderij inueniendi te fugiant de Vr Chaldæorum, ad pacem, & serenitatem tuam. Pro misericordia ista grãdi, supplicabo tibi ad altare tuum, in muneribus dilectionis, & in holocausto pinguisimo, quod instituit amor tuus. Olorare, precor, suaue sacrificium noui testamenti, quod hæreditate acquisierunt charissimi filij, & amici tui.

De vigilia Cordis.

CAP. XVII.

BENÈ intellexit legem dulcissimæ charitatis tuæ, ô Vnigenite fili Dei, sponsa tua, quando dixit: Ego dormio, & cor meum vigilat. Qui enim possidet te, per diuinam gratiam, & æternam misericordiam tuam, habet cor sollicitum, ne fortè perdat te, & obscurentur oculi eius præ
magni

mag
min
tibi:
viue
oper
vigi
repi
Dor
quia
rum
are
vt n
sup
per
ribu
bor
rio
Do
mi
rit
rec
uen
stu
de
cit
ser
ne
m
pe

magnitudine tristitiæ. Credo autem, Domine, sollicitudinem istam valde placere tibi: nam & fidelissimus Apostolus tuus viuens sub vmbra alarum tuarum, inter opera perfectissimæ iustitiæ, timebat, & vigilabat castigans corpus suum, ne fortè reprobus fieret. Sed & omnes amici tui; Domine, vigilant super custodia cordis, quia peregrinantur per terram inimicorum, qui crudelissimo latrocinio expoliare solent incautos viatores. Ex quo fit, vt mihi necesse sit à somno exurgere, & super custodia mea vigilare, quam diu superest habitus in me, & spiritus Dei in naribus meis. Verè, Domine, filij Adam laborant lethargo mortali, & egent adiutorio tuo, vt excitentur: propter quod fac, Domine, vt anima mea nūquam obdormiat in morte, sed pungatur stimulo charitatis tuæ, quæ non sinat illam in terra requiescere. Si enim in terra requiem inuenire non possit, suspirabit te: vretur æstu per diem, & gelu per noctem, & recedet somnus ab oculis meis. Vtinam sollicitudo hæc semper excitaret cor meum, vt semper ferretur ad te, & multiplicaret sine fine vigilias suas! Si enim tu, Pastor, amantissime, custodisti vigilias noctis super gregem tuum pernoctans in oratio-

AC

ne Dei; iustum erit, vt ego non grauee
 somno, dum agitur de causa eternæ salu-
 tis, & interminabilis consolationis meæ.
 Vigilabo ergo factus sicut passer solitari-
 us in tecto domus meæ, fugiens confor-
 tia peccatorum, & ex loco sublimi explo-
 rans fures, qui per tenebras noctis, qua-
 runt subuertere sensus meos. Non dabo
 somnum oculis meis, & palpebris meis
 dormitationem, donec inueniam, & te-
 neam te, & fruor optatissima præda mea.
 Hoc est consilium dignum secreta erudi-
 tione tua, ô sapientia Dei, quæ fide tua il-
 luminasti me, vt in vigilia charitatis, que-
 ram sine requie temporali æternam re-
 quietem, & beatissimam pacem tuam.

De victoria hostium anima.

CAP. XVIII.

OMnes qui de bello pacem tuam in-
 quirunt, Domine, lætantur quando
 vincunt obstinatos inimicos suos: letissi-
 ma enim victoria est, quando per fortis-
 simam virtutē dexteræ tuæ, vir iustus pro-
 sternit mortem, & Infernum, & omne
 quod in corpore mortali aduersatur eter-
 næ legi tuæ. Quando scilicet accedit ho-
 mo ad cor altum, & exaltaris in illo per
 multiplices triumphos miserationū tua-

rum

zum, quibus glorificaris inter mirabilia
opera tua. Tunc expanditur cor sine super-
bia eleuatum, & insultat inimicis suis,
sentiens adiutricem dexteram tuam, quæ
cōtribulauit capita draconum in aquis.
Tunc salit sicut ceruus claudus, & aperi-
tur lingua mutorum ad cantandas victo-
rias tuas. Beatus vir, qui suffert tentatio-
nem & luctatur cum hostibus suis: quia
licet seminet in lachrymis, in exultatio-
ne tamen metet; & lætabitur pro diebus,
in quibus cum humiliasti, & pro annis,
quibus vidit mala. Et exaltabitur sicut y-
nicornis robur eius, & senectus eius non
erit sterilis, sed in misericordia vberi su-
per omnem vbertatem orbis terræ. O se-
nectus non fragilis, sed matura, non in-
firma, sed tuta sub protectione fortissimi
filij Dei! Hæc est ætas mentis nō annorū
numero cōputata, sed victorijs multis
prouecta, & canis sensib. dealbata. Tu scis
Domine, quā gloriosus sit status fortium,
quib⁹ inceperūt hostes cedere, & quib⁹ ce-
pit pax tua succedere. Orta est in animab⁹
eorū iustitia, & abūdātia pacis, q̄ superat
omnē sensum: & nō solū in futuro sæcu-
lo, sed adhuc in hac vita dominabuntur
cum Pacifico Rege suo à mari vsque ad
mare, & à flumine vsque ad terminos
orbis

orbis terrarum. Coram illis procidēt Aethiopes, & inimici eorum terram lingēt. Quis mihi det, vt de praelijs, quæ quotidie mihi constituunt hostes mei, surgam ad statum excelsum victoriae tuae, ô summe, & potentissime triumphator, qui confregisti capita draconis, & dedisti eum escā populis Aethiopum? Ego laborabo pro victoria ista, armatus galea salutis, tectus lorica iustitiae, & accinctus gladio spiritus tui. Doce, obsecro te, ô fortissime, doce manus meas ad praelium, & singulos digitos ad bellum, cuius finis sit optatissima, & gloriosissima victoria tua.

De ingressu animae victricis in calum.

CAP. XIX.

Impossibile est, Domine, hominē mortalem explicare ineffabilem triumphū animae victricis ingredientis in aeternam requiem beatissimi regni tui. Quomodo ergo poterō ego vnus è plebe tua exponere, aut intelligere arcana verba, quæ nō licet homini loqui? Sed loquar, & respirabo paululū corpore quidem absens, sed corde praesens in platea dulcissimae Ierusalem, ciuitatis tuae. O lux candidissima, & mare spatiosum infinitae suauitatis, quomodo anima laboribus terre fatigata

gata

gata, & sitibunda statim ac ingreditur in
 desideratam valde requiem, & gaudium
 Domini sui, mergitur in te, & satiatur ab-
 undantissimo torrente voluptatis tuæ!
 Statim ac separatur à corpore mortali, &
 longo carcere suo, velocissimo volatu
 fertur ad te summum bonum, & refrige-
 rium suum; & nisi debito pœnarum Pur-
 gatorii teneatur, celerior quã aquila vo-
 lat, & penetrat cœlos tuos tota formosa &
 suavis quasi columba deargentata, cuius
 posteriora lucent in pallore auri. Ad eius
 autem ingressum exultat tota ciuitas tua,
 quæ sursum est; & innumerabilibus lau-
 dibus cantat redemptionem conciuis sue
 prouenientem ex antiqua, & fidelissima
 misericordia tua. O misericordia magna,
 & mirabilis valde nimis! O beatissima
 consummatio laborum, qui coronantur
 requie sempiterna, & vita immortalissi-
 ma! O si daretur mihi seruo tuo, Rex Pa-
 cifice, è loco aliquo secreto, quem oculi
 carnei non viderent, intueri sponsam tu-
 am, animam Iusti ingredientem, & solē-
 nissima processione deductam ad thronū
 tuum! Credo certè, Domine, tantam esse
 lætitiā tuam, & sponsæ tuæ, & totius Ie-
 rusalem triumphantis, in hora illa, vt vi-
 deantur cœli terraque liquefcere, præ
 magni-

magnitudine dulcedinis tuæ. O vita iucundissima, quomodo corda illa connexa vinculo vitalissimi spiritus tui; mutuo iunguntur, & adherent sibi, ad celebranda sine fine inæstimabilia gaudia sua! Utinam vocer ego ad consortium tantæ solemnitatis, Domine, ut dilatentur viscera mea, & mergantur in flumine viuo purissimæ aquæ, quam sitiui! vexat enim me nimis ardens febris in terra deserta, & in aquosa, plena laboribus, & anxietatibus absq; numero. Da mihi bibere, Domine, ex aqua limpidissima fontis tui, ut non sitiam in æternum: & multiplicabo laudes tuas, super numerum stellarum suspirans incessanter ad felicissimam ciuitatem tuam.

De ascensu electorum in celum post iudicium.

CAP. XX.

SAEPÈ recordor, fili Dei Altissimi, Ecclesiæ tuæ magnæ ascensuræ in celum, vbi percipiet regnum, quod ab origine mundi præparauit ei Clementissimus Pater tuus. Recordor gloriosissimi triumpho, quando exhibebis sponsam tuam, non habentem maculam, neque rugam Patri tuo: qui regnabit in æternum & vlti-

tra E
rum
Pacif
vicer
final
tuos.
mab
illos
intim
do aff
cula
quasi
simus
nus!
mei, a
cio, c
mini
tua fo
tia sup
lebra
Beati
bebit
ta tua
stos h
lum a
iam v
gis su
quã
quisi

tra Et videor mihi videre exercitus victo-
rum candidatos, & configuratos tibi, Rex
Pacifice, ascendentes de mundo, quem
vicerunt, & de morte, quam calcarunt fe-
stinantes per aërem, & penetrantes caelos
tuos, cum tanta maiestate, & tam inæsti-
mabili gloria, vt fortissimè trahatur post
illos anima mea. O suprema victoria, &
intima cordium lætitia, quis poterit dicē-
do assequi te? O quam pulchra taberna-
cula Iacob, quam speciosa tentoria Israel,
quasi valles nemorosæ, & quasi amœnif-
simus paradisus, quem plantavit Domi-
nus! Qualis erit, dulcissime Deus cordis
mei, ascensus ille, quando absoluto iudi-
cio, quod dedit tibi Pater, quia filius ho-
minis es, incipient eleuari sursum castra
tua formosissimis corporibus splenden-
tia super Solem, & suauissimo decore ce-
lebrantia æternas misericordias tuas?
Beati serui tui, Domine, in quibus absor-
bebitur quod mortale est à vitalissima vi-
ta tua! Quis mihi det, amantissime cu-
stos hominum, vt ascendam ad popu-
lum accinctum tuum, qui accingetur nō
iam vltra ad prælium, sed ad pacem Re-
gis sui duraturam sine fine? Quam fortis,
quā suavis, & lætus ascendet populus ac-
quisitionis tuæ, Domine, ad atria Ieru-
salem

Salem primogenitæ ciuitatis tuæ! O gens
 sancta, regale sacerdotium, pars electissi-
 ma, & funiculus hæreditatis filij Dei, qui
 regnauit à ligno! Memoria memor ero
 tui, ô dulcissima Sion, & tabescet in me
 anima mea. Quis enim non capiatur pul-
 chritudine tua, ô filia Principis, quæ ascē-
 des de cubilibus leonum, ad campos deli-
 tiarum Dei, vestita candore purissimo, &
 ornata serenissimo vultu sponsi tui, qui
 lucebit in te? O quàm fœliciter remune-
 ratur labor viatorum, quos fatigauit ege-
 stas! Iam non erit amplius luctus, aut elo-
 mor dolentium, & suspirantium è flumi-
 nibus Babylonis ad charissimam patriam
 & tranquillissimam mansionem suam.
 Sed absterlis lachrymis ab oculis electo-
 rum formosa valde manu tua, implebis
 corda illa, Domine, castissimis delectati-
 onibus, quas seruasti in abscondito pul-
 cherrimæ faciei tuæ. Dux ascendentium
 eris, O fortissime, prospereque procedes,
 & regnabis specie tua super electissimum
 populum tuum, qui cātabit tibi antiquas
 misericordias totis viribus, & visceribus
 absque fine. Stantes ergo erunt post ascē-
 sum pedes victorum tuorum in atrijs spe-
 ciosissimæ Ierusalem, quæ nunc ædifica-
 tur vt ciuitas: cuius participatio pretiosior,
 & de-

& desiderabilior est, quàm vniuersi mundi imperia, & honores, & cōsolationes filiorum Adæ, quamuis durarent in æternum. Propter quod anima mea fertur ad elegantissimam formam sponsæ tuæ, Rex Salomon, cuius vultum desiderat vniuersa terra. Oro ergo te, dulcissime fili Dei, cuius miserationum non est pondus, aut numerus, vt post labores, quibus vexor in terra aliena, ascendam tecum, & cum beatissimo populo tuo, ad excelsam, & solidissimam terram viuentium, vbi requiescam in arctissimo complexu dexteræ tuæ.

*Laus D.N. Iesu Christo, & Beatiss.
Virg. Mariae.*

H

INDEX

INDEX CA PITV M.

Stimuli Compunctionis.

DE sensu Iesu Christi dolentis super
auersione peccatoris. Cap. 1.
pag. 10.

De suauitate Iesu Christi vocantis pec-
catorem ad pœnitentiam. Cap. 2. 12

De bonitate Dei, & facilitate parcendi.
Cap. 3. 14

De sapientia Dei, à qua homo peccando
recedit. Cap. 4. 17

De pace Dei, quæ per peccatum amitti-
tur. Cap. 5. 20

De tutela Dei, à qua homo peccando re-
cedit. Cap. 6. 22

De amissione gratiæ diuinæ, quam pecca-
tor incurrit. Cap. 7. 24

De participatione Sanctorum, quam ho-
mo deperdit. Cap. 8. 26

De inconstantia, quam peccator incur-
rit Cap. 9. 29

De remorsu conscientia, quo peccator
crucia-

I N D E X.

<p>A</p> <p>super ap. 1.</p> <p>is pec. 2. 12</p> <p>cendi. 14</p> <p>cando 17</p> <p>mitti. 21</p> <p>do re. 22</p> <p>becca. 24</p> <p>m ho. 26</p> <p>incur. 29</p> <p>cator ucia-</p>	<p>cruciatur. Cap. 10. 31</p> <p>De durezza cordis, quam peccator incurrit. Cap. 11. 33</p> <p>De desperatione, quam aliquando peccator incurrit. Cap. 12. 36</p> <p>De infidelitate, quam periculum est, ne peccator incurrat. Cap. 13. 38</p> <p>De infelici morte peccatoris. Cap. 14. pag. 40</p> <p>De sensu amarissimo amissa gloria in morte peccatoris. Cap. 15. 43</p> <p>De raptu peccatoris ad aeternam poenam. Cap. 16. 46</p> <p>De resurrectione animae, qua fit per poenitentiam. Cap. 17. 49</p> <p>De reparatione amicitiae diuinae, qua fit per poenitentiam. Cap. 18. 51</p> <p>De latitia bonae conscientiae, qua nascitur ex poenitentia. Cap. 19. 54</p> <p>De consideratione patientiae Dei expectantis hominem ad poenitentiam. Cap. 20. 57</p> <p>De beneficijs diuinis, quae in commune considerata, mouent ad compunctionem. Cap. 21. 59</p> <p>De consideratione mysterij Incarnationis. H. 2. nis.</p>
------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

I N D E X.

nis Cap. 22.	62
De consideratione mysterij Natiuitatis Christi. Cap. 23.	65
De consideratione mysterij Circumcisio- nis. Cap. 24.	68
De consideratione conuersationis Christi ante passionem Cap. 25.	71
De consideratione predicationis Christi. Cap. 26.	74
De consideratione nostræ redemptionis. Cap. 27.	77
De consideratione passionis Christi in communi. Cap. 28.	80
De consideratione causæ passionis Christi. Cap. 29.	83
De consideratione capture Christi. Cap. 30.	86
De consideratione presentationis Christi ante Iudices. Cap. 31.	89
De consideratione flagellationis Christi. Cap. 32.	92
De consideratione coronationis Christi. Cap. 33.	96
De consideratione ostensionis Christi ad populum. Cap. 34.	99
De consideratione Christi baiulantis	Cru-


I N D E X.


62 itatis	<i>Crucem. Cap. 35.</i>	102
65 acisio-	<i>De consideratione crucifixionis Christi.</i>	
68 Christi	<i>Cap. 36.</i>	106
71 Christi.	<i>De consideratione resurrectionis Christi.</i>	
74 ignis.	<i>Cap. 37.</i>	111
77 sti in	<i>Iesus Christus Rex Pacificus superna Ie-</i>	
80 Christi.	<i>rusalem homini peccatori salutem.</i>	
83 Cap.	<i>Epistola hac nihil aliud est quam ex-</i>	
86 Christi	<i>hortatio peccatoris ad agendam pe-</i>	
89 Christi.	<i>nitentiam. Cap. 38.</i>	118


Capita Soliloquiorum.


83 Cap.	D <i>E infelicitate presentis vite. Cap.</i>	
86 Christi	<i>1 pag.</i>	127
89 Christi.	<i>De felicitate vite eterne. Cap. 2.</i>	130
92 Christi.	<i>De periculo amittendi Deum. Cap. 3.</i>	132
95 ti ad	<i>De estimatione gratiae Dei. Cap. 4.</i>	134
99 antis	<i>De imitatione Christi. Cap. 5.</i>	136
Cru.	<i>De contemptu mundi. Cap. 6.</i>	138
	<i>De exemplis contemptorum mundi.</i>	
	<i>Cap. 7.</i>	140
	<i>De reformatione hominis Cap. 8.</i>	142
	<i>De reformatione sensuum exteriorum.</i>	
	<i>Cap. 9.</i>	144
	<i>De mortificatione Passionum. Ca. 10.</i>	146
	<i>De</i>	


0.11.
148
12.
150
13.
152
154
156
158
160
162
.
164
udi-
166
167























Stimulus conpuehch

J. I

33